¶SIC:eodē mō pari ſilitudīe & gñe ꝺtētōis diūſo. ⁊ Celtiberis:Numātinis:q ī celtiberia ſt:& hñt mores efferatos:& p.xx.ānos cū rōanis pugnarūt ꝺ capite/& uita:quos tā dē Scipio attriuit. Celtiberi ſt ppli hiſpāiæ accolētes iberꝝ fluuiū ex celtis pplis gallię originē hūerūt:uñ Luc.pfugiq; a ſede uetuſta:gallorꝝ celte miſcētes nomē iberis. ⁊ Cū cym.pplis dētib⁹ Mari⁹ arpinas occurrit:& eos fugauit/ceciditq;:nā cymbrorꝝ.c.xl.milia deſiderata ſt:& capta.xl.mil.de cymbris Mari⁹ dariſſimū reportauit triūphū. Et iura belli poterāt uideri:cū qb⁹ certamē ē:ut cū inimicis:cū āt ipiū qrerēt:uideant cōpetitores. Iō nō ꝺſtituit Ci.ipos fuiſſe hñdos oīno inimicos:aut cōpetitores:qm nō ſuarūt iura belli:q ſuāda ſt:cū de ipio:nō āt de uita dimicaſ. Sed planū ē Carthaginēſes ꝺ ipio certaſſe cū rōanis:q; uis fœdera uiolauerīt:& Hāni.crudelior fuerit:q; uis belli:quo ipiū qrīt:& gloriā reqrebat. Sex fuerūt fœdera(ut author ē Polybi⁹)īter rōanos & carthaginēſes ſcripta ī eneis tubul:& ſuata in tēplo Iouis capitoli. Primū fuit p⁹ exactos reges. Bruto & publicola ꝯſ. Itē duo alia añ p̄mū bellū punicū. Quartū pacto p̄mo bello pūico:q ꝺ Hamilcar pr̄ Hāni.le gat⁹ Carthaginēſiū cū Luctatio ꝯſule pcuſſit. Quītū fuit poſt illud Luctatii Sextū cū Haſdrubale gño Hamilcaris rē in Hiſpāia gerēte:ut t̄mín⁹ ipii eēt amnis Iberus. Sagūtinis mediis īter ipia duorꝝ pplorꝝ libertas ſuareť:hoc fœdus Hānibal rupit:& ſolo æq̄ta Sagūto Italiā iuaſit:q̄ p tot ānos ſūma crudelitate lacerauit. Hæc fuerūt fœdera añ ſm bellū punicū. ⁊ Crudelis Hā.nā ī eo erat pfidia pluſq̄ punica:īhūana crudelitas:nullꝰ deī met⁹:& īgēs ſitis hūani ſanguis. De Hāni.fœlicitate dixi ī cōmētariis Syllii. ⁊ Reliq:latini/ſabini/ſamnites/Pyrrh⁹. ⁊ Iuſtiores:q̄ fuerit pœni & Hānibal:qm̄ ſuauerūt meli⁹ iura belli quo ipiū qrīt:nō.n.geri debēt tāta ſçuitia:& pfidia:q̄ta id quo de capite dimicaſ:uñ cū pœni eēnt pfidi:& crudeles uidebāť inimici nō cōpetitores:& de uita certare nō ī pio. ⁊ Pyrrhi q.nūc Pyrrhi hūanitatē:& pclarā ſnīam refert. Miſſi fuerūt legati ad Pyrrhū,p captiuis redimēdis:iter quos Fabriti⁹ fuit(authore Trogo)& Fabi⁹ (authore Plutar.)Pyr.dono remiſit captiuos Rōanis:dicēs hæc uerba:q̄ Enni⁹ poſtea uerſib⁹ pſecut⁹ ē:ex ea p̄da (inqt Trogus)ducēdos captiuos milites grat⁹ Romā remiſit:ut cognita uirtute eius Rōani cognoſcerēt ēt liberalitatē: pugnauerat.n.fœlici euētu:cū Valerio Leuīno ꝯſule. ⁊ Præclara:digna memoratu:& ſūmis laudib⁹. ⁊ Nec aurꝝ depo.hęc fundis:& alibi trāſieritis aq̄s. ⁊ Nec cau.q̄rētes pecuniā ex bello:ut facīūt caupōes q uēdūt uīnū:& more iſtitutorꝝ:q ꝺ turpe ē. ⁊ Belligerātes:bellū gerētes:belligero ātiquū uerbū ē:q ꝺ iā abſoluit. ⁊ Ferro:armis nō auro. ⁊ Nō pecūia mor̄ ī. ¶CVM cel.Exēplis pbat quō alī cū certātib⁹ de glia & ipio:alī cū certātib⁹ de uita:bella gerāť. Regio hiſpāię ē celtiberia magna pte iculta & aſpa:ac fluuialib⁹ inūdatiōib⁹ uaſta. Cūq; celtiberi ipſi q̄drifariā ptīti ſint. Fortiſſimi ad ortū: ac meridiē ſt Vraci:quorꝝ cīuitas Numātia(author Stra.)Cato cēſori⁹ celtiberos robur hiſpāię & īpatiētes iugi(ut Florus ait)aliquot p̄liis fregit. Gracch⁹ ille pr̄ Gracchorꝝ cētū &.l.urbiū eꝝſiōe mulctauit. Varia p̄terea & diūſis tp̄ib⁹ ad Cæſ. uſq; Augustū cū celtiberis:& aliis hiſpāię pplis geſta ſt bella. ⁊ Cū cym.ū germāię ſt ppli ad Oceanū ſeptētrionalē hītes:iūcti Teutōis:atq; Tigurinis ī Italiā cū uxorib⁹ & liberis uenerūt:aliqd ſibi terrę dari a Sēatu miſſis legatis petiēr̄t. Q ꝺcū nō īpetraſſent:uī petē pſtituerūt:mltis rōanos affecerūt cladib⁹. Sꝫ a Mario:q ſepties ꝯſul fuit aliquot p̄liis pēit⁹ deleti ſt. Bellū cymbricū ſeri. Appia. Cāę eorꝝ a pr̄iis ſedib⁹ pfectiōis uarię tradūť a Stra.& aliis nōnull. ⁊ Vter eēt:ut uiueret. ⁊ Cū la.oē latiū. Mālio tuſcu.duce ī ultionē regū Targnorꝝ bellū rōanis itulit. Victi ſt latini a poſthumo dictatore ad Regillū Lacū:nec mlto poſt cū eiſdē de finib⁹ certatū ē. Cū uero īcēſam a gall urbē ſp ātea æmulatiōe ipii ifeſti ꝺtēnerēt:& ius cīuitatis ptē ipii:ac magr̄atuū poſcerēt:pari ipio. T.Mālio Torq̄.& Decio murēa ꝯſulib⁹ ac ducib⁹:ſupatl ſt. Quo bello alt ꝯſulū ſe deuouit. Iterꝝ ad arma oē latiū ꝺcurrit cū p̄miſſū a Liuio druſo ius cīuitatis:illo mortuo a ſenatu negareť:uictiq; ſt diūſis p̄liis. De ipio itaq; ferme cū ill ē certatū. ⁊ Cū Sa.ū factę ſ̄. T.Tatio affinitatis īmēores ſe latis adūxerūt. Sꝫ Curi⁹ dētat⁹ ꝯſul oēm illū tractū:quē Nar fluui⁹ ābit:fōteſq; Velini:ad maſ uſq; Adriaticū igne ferroq; uaſtauit. ⁊ Sānitib⁹. Stra. Sabios & Sānites idē ult eē:ſꝫ fallit. Nā Sānites uicini cāpāię ſt i apulia. Capuę p̄cib⁹: Sānitib⁹ gēti opulētę ro.po.bellū ītulit:& ita p Fabios ac Papyrios pr̄es:eorūq; liberos ſubegit & domuit:ut Sāniū quōdā ī ipo Sānio regreť:q ꝺ Flor⁹ ſcri. ⁊ Pœnis:cū qb⁹ gesta ſt tria bella p̄mo ap̄ Ægatas:Luctatio & catulo ꝯſu. finis ipoſit⁹ ē:uicta carthaginēſiū claſſe:petētib⁹ carthaginēſib⁹:pax data ē. Scđo:acie ſupato Hāni.a ſupiore Scipiōe:iterꝝ pax petētib⁹ carthaginēſib⁹. Sꝫ grauī ipoſito tributo:ꝺceſſa ē. Tertio a poſteriore Sci.& Carthago deleta ē:ſed añq̄ fœd⁹ frāgerēt pœni de ipio nō de uita cū ill dimicabať. ⁊ Pyrrho:hic epirotarꝝ rex ī Italiā a Tarētis acceſſit⁹:otra rōanos. Vario euētu:bellū geſſit. Erat tūc ta rētū Lacędemōiorꝝ/opus/Calabrię & Apuliæ totiuſq; Lucāiæ caput. Tū magnitudīe & muris:portuq; nobile:tū admirabili ſitu. Curi⁹ dētat⁹ Pyrrhū uicit:& italia expulit. ⁊ Pœni fœ. Quať.n.renouatū cū rōanis fœd⁹ frꝫerūt. Vñ & Vir.ait. Quippe domū timet ābiguā tyrioſq; bilīgues:& Sal.alī ī ore:alī ꝺ ī corde:clauſū gerūt. ⁊ Crudelis Hā. Qui otra fœdus ſupato hibero ſagūtū ſociā ppli ro.ciuitatē octauo mēſe:cœpit de hoc Liui⁹. Inhūana crudelitas:pfidia pluſq̄ punica:nihil ueri:nihil ſcti:nullū iuſiurandū:nulla religio. ⁊ Reliq iu.ut Latini/Sabini/Sānites. ⁊ Pyrrhi q.Laudat Pyrrhi de captiuis reddēdis ſniam. Cū Valeri⁹ Leuin⁹ ꝯſul pariꝫ pſpe adūſū Pyrrhū pugnaſſet. Elephantorꝝ iuſitata facie territis militib⁹. Caius Fabricius miſſus ē ad Pyrrhū:ut de captiuis redimēdis ageret:captiui ſine p̄cio a Pyrrho redditi ſūt. Myſo Cynea legato ad ſenatū Apii Claudii/ſnīa/pax petēti regi negata ē. Sed pyrrhi de captiuis rūſum. Ennius q bellū ſcripſit Tarētinū uerſibus cōplexus eſt:qbus ſic loq̄ntē regē facit. ⁊ Nec mi au.po.q ꝺ Rōani offerūt p captiuis. ⁊ Cauponātes bel.hoc eſt lucrū ex bello q̄rētes:ut caupones ſolēt qui uilioris emere ſtudēt:quæ maioris uendāt:Caupo:ut Paulus ait iure ꝯſultus lib.iiii.dig.mercedē accipit:ut uiatores manere in caupona patiať.

¶BELlū ge.ſic cū cel.i.numātinis pplis hiſpāię:& cū cymbris pplis Alemāię:ut cū inimicis.ſ.uter ſup.ppl̄s eēt.i.uiueret nō uter ipiam:ſed ſup.dimicabať.i.digladiabať cū latinis.i.pplis ī ātiquo ſatio:cī ſamnitib⁹:& cū ſabinis pplis Italiæ:& cū pœnis.i.pūicis pplis.i.carthaginēſib⁹:& cū Pyrrho rege epirotarꝝ:de ipio potius ſup.q̄ de uita:ſed pœni.i.carthaginēſes erāt ſup.fœdifragi.i.fœderis fractores. ⁊ Et hā.erat cru.reliq ſup.erāt iuſtiores.i.humāiores cū hūanis:q ꝺ ad iuſtitiā ptinet. ⁊ Illa p̄clara.ſ.notiſſima ſnīa ex uerſibus Ennianis:eſt q̄dē.i.certe Pyrrhi de reddēdis captiuis. Dixit enim Pyrrhus Romanis captiuos ſuos auro redimere uolētibus. ⁊ Nec poſco.i.reqro:mi.i.mihi aurꝝ:nec dederitis mi.i.mihi p̄cū. ⁊ Ne p & nō:& nos nō cauponātes.i.per modū cauponū lucra q̄rentes:ſed belligerātes.i.uera bella gerentes:cernamus.i.decernamus utriq; uitam.i.utri uiuant:ferro.i.armis:non auro.i.aureis nūmis.

Sic cū celtiberis cū cymbris bellū:vt cū inimicis gerebaſ:vter eēt:nō vter iparet. Cū latius/Sabinis/Sānitibus/Pœnis/Pyrrho/de ipio dimicabaſ. Pœni fœdifragi crudelis Hānibal:reliq iuſtiores:Pyrrhi q̄dē de captiuis reddēdis illa p̄clara ſnīa eſt. Nec mi aurꝝ depoſco: nec mi p̄cium dederitis. Nec cauponantes bellum,ſed belligerantes. Ferro non auro vitam certamus vtriq;.

PET. MAR. Celtiberi Lucanꝰ cymbri

Sex fœdē acta cū carthaginē ſibus.

Fabricius ad Pyrrhū legatus Valeri⁹ leuinus cōſul a pyrrho uictus fuit

Sabini & ſānites ſunt idē ſm Strab. De tribus bellis punicis

Apii Claudii ſnīa q̄re nō eſſet hīda pax cū pyrrho

FRAN MAT. Cymbri germaniæ ppli

ASCē.

PET. MAR. Virtus

¶ AN me regnare: qui de ipo dimicabat nõ de uita. ℣ Hera: fortuna regz dña. ℣ Fert: afferat: & cupiat. i. expiamur uiribꝰ: qd uelit fortuna: nec pecuniis. ℣ Sors: casus belli & euẽtus. i. ipsa fortũa hera. i. q̃ in oi re dñat. ℣ Virtute: fortitudine: & nõ pecũiis more cauponũ. Virtꝰ ppie fortitũdo dr a uiro. Vñ in. ii. tuscu. scribit. Atq; uide ne cũ oẽs aĩ affectiões uirtutes appellent: nõ sit hoc ppriũ oium nomẽ: sed ab ea: q̃ ceteris aĩcellebat: oẽs noiatę sint: appellata est. n. ex uiro uirtus: uiri aũt ppa est fortitudo. ℣ Et hoc. s. qd̃ dicã accipe o Romãe: q ad me uenisti. ℣ Belli for. i. q in bello nõ ceciderũt: uolo ut liberi sint. ℣ Fortũa: casus & euẽtus belli. Horũdẽ p eorũdẽ. ℣ Certũ est: ꝺstituit liberare illos q̃bus i bello fortũa pepcit. ℣ Dono du. Vertit sermonẽ ad legatos Pyrrhus. ℣ Cum magnis diis: bonis auspiciis. q. d. dii noluerũt: ut hi in bello caderẽt: & sic uidentur uelle eẽ liberos. Ergo uolẽtibus diis illos accipiatis sine pcio & bõis auibꝰ. Varro putauit deos magnos eẽ cœlũ: & terrã: aliqui dixerũt eẽ penates: quos Dardanus ex Samothracia i phrygiã aduexerat. Crassus enĩ: authore Marcho. dicit Samothraces deos eosdẽq; Romanoꝝ penates pprie dici deos magnos. Scies inqt hæc nr̃ Virg. ait. Cũ sociis natoq; penatibꝰ: & magnis diis: hos uocabãt Troiani deos patrios: authore Igino: cuius opionis Virg. fuit dicẽs. Dii pr̃ii seruare domũ. Magni dii apud Rõanos erãt Iuppiter/Iuno/& Pallas/quos in capitolio colebãt: p quos iurat Scipio: apud Sylliũ lib. x. Tarpeo pr̃: qui tẽpla r̃m icolis a cœlo sedẽ: & saturnia nondũ ulcis mutata malis: tuq; aspera pectus Egide gorgoneos uirgo succiẽta furores. ℣ Regalis: sane laudat Cice. sniam Pyrrhi dignã eo rege: q ab Achille Eaci nepote magnanimo & fortissimo Heroe originẽ hẽbat. ℣ Regalis: digna Pyrrho rege fortissimo. Regium dicitur id quod est: aut fuit regis. Regale dignũ rege. ℣ Æacidaꝝ genere fortissimis uiris & magnanimis. Æacus fuit pater Pelei Pelleus Achillis: Achilles Pyrrhi: qui in epyro regnauit ad quem hic pyrrhus genus suum referebat. ℣ Sententia: dictum laude dignum.

Vos ne velit an me regnare hera: qdue fert fors virtute expiamur: & hoc simul accipe dictum. Quoꝝ virtuti belli fortuna pepcit. Horũdẽ me libertati ꝑcere certũ est: dono ducite: doq; volẽtibus cũ magnis diis. Regalis sane & digna æacidarum genere sententia.

Samothraces dii sunt idem & romani Regii Regale

FRAN MAT. De origie pyrrhi regis epirotarum ASCẽ.

¶ HEra fors: dña fortuna: q in sua ptãte oia hñt: ut uulgi fert opio. ℣ Accipe. O Fabrici. ℣ Quoꝝ uirtuti &c̃. illis inqt ego pco: q̃bus fortuna belli pepcit: hoc est: q in bello nõ ꝑiere. ℣ Dono: captiuos: uel dono hoc est gratis ducite. ℣ Regalis sane &c̃. Laudat Pyrrhi sniam: & dignã genere æacidaꝝ dic̃: Iuppiter æacum genuit: ex ægina Æsopi filia: Æacus Peliũ: Peleus Achillẽ Achilles Neoptolemeũ: qui & pyrrhus cognoiatus est: & post troianũ bellũ macedoniam tenuit: ac successores reliquit reges Pyrrhidas ab eo cognoiatus successit illi Piales. Qui uero medii Tharritam usq; reges fuerũt: non satis constat: Tharrite filius fuit Alcetes: Alcetæ Arisba: uel Arinobes: huic Neoptolemeꝰ: Neoptolemeo Æacides: Æacidæ Pyrrhus: hic de quo loquit. Cic. filius fuit Æpirotici regni successor: authores Plutar. & Trogus.

¶ NE. i. an: hera. i. dña belli. s. fortũa: uellet uiuere: uos. s. rõani an me: ue ꝑ uel expiamur uirtute. i. fortitudine: qd fors i. euẽtus belli ferat. i. afferat: & accipe simul. i. pariẽ hoc dcm̃. ℣ Certũ est. i. decretũ est: me ꝑcere libertati horũdẽ. i. eorũdẽ quoꝝ uirtuti fortũa belli pepcit. i. quos fortuna uoluit i bello ꝙari. uolẽs gratis liberari. ℣ Ducite ergo eos sup. dono. i. ex liberali donatiõe sine pcio: qa ego do eis cũ magnis diis uolẽtibꝰ sup. eos uiuere. Addit Cic. Snia sup. i. hæc est sane. i. ualde regalis. i. ad regalẽ maiestatẽ spectãs: & digna gñe. i. ꝓgenie uel Pyrrho: q erat de gñe æacidarũ. i. eoꝝ q descẽderũt ab Æaco auo pr̃no Achillis: cuius filius Pyrrhus appellabat a quo hic nomẽ & originẽ traxerat.

PET. MAR. M. attilio regulus huit uxorẽ martiã

Plato

Xantippus lacedæmonius dux carthaginẽsium

FRAN MAT.

¶ Fides etiam hostibus seruanda.



ATq; etiã siqd. Nũc ꝑcipit seruãdã esse fidẽ: etiã hostibꝰ: & ea quę tpibꝰ adducti ꝓmisimus. Et affert exẽplũ Marci Attilii Reguli: q captus a Xãtippo Lacedæmonio & Romã missus: cũ ꝓpus iurasset se redituꝝ ut cũ eo captiui pmutarent. Regulus in senatu grauissima oratione id dissuasit: dicẽs se nullo usui futuꝝ romanis: qm̃ uenenũ sibi a pœnis datũ esset: quo paulopost tabesceret: & sic Carthaginem ad paratũ supplicii reuersus est: ne fides hosti data uiolaret: fidẽ inqt Plato in. i. de legibꝰ: pfectã iustitiam noiare possumus. De Regulo eiusq; supplicio plura dixi apud Syllium lib. vi. & aliq̃ dicent in tertio uolumine. ℣ Singulis: soli ciues. Nõ solũ tota ciuitas. ℣ Tpibus. Aliq̃ tẽpoꝝ ꝺditione: & aliq̃ difficultate coacti. ℣ In eo ipso: qd̃ pmissum est tali tẽpoꝝ ꝺditione a pœnis. Carthaginẽsibus duce Xãtippo Lacedæmonio: q insidias parauit: ut canit Syllius. ℣ Captiuis: quos Regulus in africa: fœlici euẽtu pugnãs cœpat. ℣ Cõmutãdis: ut cõmutarẽtur cũ Regulo. ℣ Primũ: Cũ ꝑmũ cẽsuit: dixit sententiã nõ esse reddendos captiuos. ℣ A ꝓpinquis: & maxime ab uxore Martia. quæ unice ipsum amabat. ℣ Bellicis officiis: quæ ad bellum pertinent.

ATq; etiã siqd singulis tpibus adducti hosti ꝓmiserũt: est in eo ipso fides ꝺseruãda: vt prio punico bello. Regulus captus a pœnis: cũ de captiuis cõmutãdis: Romã missus esset: iurasq; setq; se redituꝝ: primũ vt venit captiuos reddẽdos in senatu nõ cẽsuit. Deide cũ retineret a ꝓpinquis & ab amicis: ad supplicii redire maluit: quã fidẽ hosti datã fallere. Ac de bellicis qdẽ officiis satis dictum est.

FRAN MAT.

ATq; ẽt &c̃. Seruãdã dic̃ fidẽ certo tpe hosti datã: & exẽplo utĩ. M. Attilii Reguli: q ꝓmo punico bello Xãtippi Lacedæmonii ducis Carthaginẽsiũ mercede ꝺducti ĩsidiis captꝰ est: & legatꝰ postea Romã missus: diuersa q̃ hostes mãdauerãt cẽsuit: ne pax fieret ne: cõmutatiõe captiuoꝝ ipse unus & senex reciperet. Ad hostes ne datã fidẽ falleret uolũtarie rediit. Nec in ultimo seu carceris seu crucis supplicio: ut Florus ait: deformata maiestas. Immo hiis oibus admirabilior facta. De hoc plurimi authores multa scribũt: ut Polybius Appianus Valeriꝰ. M. Aurelius Augustinus. ℣ Singulis tpibus: necessitatibus tẽpoꝝ. ℣ Ad supplicium: de quo uarie scribĩt: ut apud Gellium est.

ATq; etiam

ASCē.

Atq; etiã &c̄. Probat exẽplo regul. fidẽ etiam hostibus seruãdam. Ordo est. Atq; p &: si singuli. i. puati adducti tpibus. i. necessitate tpis ꝓmiserit quid. i. aliqd hosti fides est seruãda quoq;. i. etiã in eo ipso qđ. s. ꝓmisit: ut. i. quẽadmodũ Marius regulus captus a pœnis. i. carthaginẽsibus ꝑmo bello punicoꝝ: esset missus romã de captiuis cõmutãdis. i. ut captiuos pœnoꝝ cõmutaret cũ captiuis romanoꝝ iter quos ipse erat. ¶ Quæ p & cũ sup. iurasset se redituꝝ ad pœnos. s. ad carthaginẽ: ut. i. postq̃ uenit romã cẽsuit ꝑmũ in senatu. i. in cõsilio senatoꝝ captiuos supple pœnorum nõ esse reddẽdos dixit enim se esse uetulum & parum posse prodesse reip. ro. illoꝝ captiuos esse iuuenes: & multũ posse nocere. ¶ Deinde. i. post tale cõsiliũ a senatu probatum: cum retineret. i. conaret retineri a ꝓpinquis & amicis: maluit redire ad supplicium quod grauissimum tulit: q̃ fallere. i. frangere fidem. i. sanctam promissionem datam hosti. ¶ Ac satis dictum est quidem. i. certe de bellicis officiis.

De fide ac iustitia in humilioribus seruãdis.

PET. MAR.

Eminerimus aũt: postq̃ bellica officia absoluit tã politica q̃ singuloꝝ hoium ꝑcipit seruãdã esse iustitiã etiã aduersus ĩimos & ſuos: a qbus opam exigere debemus: & iusta ꝑbere. Et hęc ꝑcepta ad gubernationẽ rei familiaris ptinent: de qua libellos œconomicos. i. de re familiari tuẽda scripserũt Xenophon: qđ opusculũ Ci. adolescẽs ĩterꝑtatus est: & Arist. g diuidit rẽ famil. in duas ptes: domũ. s. & possessiões: iter q̃s seruũ dicũt obtinere ꝑncipatũ: seruoꝝ duo gña facit: ut alii sint curatores liberalius ĩstituti sciẽtes lr̃as: q negociis ꝓponunt: alii opifices ad aliqđ opus deputati in quos hęc officia seruãda monet: ut curatori plus honoris opifici pl̃s cibi tribuat: & utriusq; paꝝ uini: qm̃ potus ẽt liberi ĩgenii hoies ad ĩsolẽtiã ipellit. Et tria dixit eẽ q̃ ad seruos ptinẽt, opus, cibũ: castigationẽ, & cibũ sine ope ĩsolẽtẽ seruũ facere: opus ãt & castigationẽ sine cibo rẽ eẽ uiolẽtam. Cibũ ergo dãdũ cẽset ꝑ rõne opis: cũ cib⁹ sit meretrices ſui. Vtile tñ & iustũ putat dños ꝓponere ſuis spẽ libertatis certo qdẽ tpe qm̃ eo pacto libẽtius suscipiũt labores. Solũ habitũ ingt Cyrus apud Xeno. ꝑciosa admodũ possessio est: qđ aũt caret hoib⁹: caret ẽt bonis: qbus ſuis Pla. i. v. de legib⁹ loquẽs de ſuis sic ait: est aũt recta ſuoꝝ educatio: ut nulla ipsis ꝏtumelia iferaĩ: iniuriaq; multo minus: si fieri possit q̃ eq̃lib⁹ iferẽda: liqda. n. cognoscĩ ꝙ natura nõ ficte iustitiã colit oditq; reuera inigtatẽ: cũ cauet ne illis iniurtã faciat: qb⁹ facile põt. Allocutio ois ad ſuos quodãmõ ipium sit: neq; iocus ullus cũ ipsis seu fœminis seu masculis hẽaĩ. Nõ male: imo bn̄ q dñt nos debere ita ſuis uti: ut utimur mercẽnariis. i. mercede ꝏductis: & ab illis exigẽdã eẽ operã. i. laborẽ in aliquo ope faciũdo: & iusta eẽ ꝑbẽda. i. ea q̃ iure ſuis debenĩ: ut cibũ in ꝓmis: spẽ libertatis & pecũias: ut solem⁹ tractare mercẽnarios: q mercede ꝏducti opus faciũt. Chrysippus ſuũ eẽ ppetuũ mercẽnariũ ſui ut iuriscõsultis placuit in ptãte dñoꝝ sũt q̃ ptãs iuris gẽtiũ est: nã apud oẽs gẽtes dñis in seruos uitæ necisq; ptãs: est & qcqd ꝑ ſuũ acqrit dñi est. Sed tpe diui Iustiniãi nõ licebat alicui ĩcognita cã supra modũ in suos ſuos sæuire. Diuus Anto. pius ostõnẽ fecit: ut q sine cã seruũ ſuũ occidisset: nõ min⁹ puniret: q̃ si seruũ occidisset alienũ. Arist. li. viii. ethices sic ait. Seru⁹ est aĩatũ dñi ĩstr̃m: ad ſuũ igit̃ hoc ipo quo ſuus ẽ: nõ ẽ amicitia: sed qđo ẽ hõ: nã oĩ hoi iustũ ẽ ad oẽm hoiem q cõicare secũ legẽ pactionẽq; põt: ꝙre & amicitia rõne: q̃ hõ est. Plutarch⁹ in Catõe seniore sic ait. Qđ si nulla alia rõne saltẽ exercẽdæ hũanitatis cã nosipsos assuescam⁹ opꝫ ut in hoc gñe mãsueti faciles iocũdiq; simus. ¶ Cũ aũt: hoc Ci. solũ ponit: ut faciat cõpationẽ: nã supra satis de iniuria dixit: q̃ aut fraude fit aut ui. Vtraq; igit̃ monet abstinẽdũ. ¶ Vulpeculę: qm̃ uulpes malitiosæ sũt & ĩsidiãt. ¶ Vtrũq;: fraus & uiolẽtia ptinẽt ad feras: nõ ad hoies: sed fraus est magis uitupanda. Sen̄. dicit fraudes & dolos ibecillũ docet hẽre palã aggredere: nõ geres ꝏflictũ nisi ĩdixeris. ¶ Totius aũt: ꝏcludit hãc ptẽ de iustitia & iniustitia: afferẽs contra uirtutis simulatores. ¶ Totius iniu. i. ex oĩ iniustitia. ¶ Capitalior: pniciosior: & magis digna uĩdiceť. Glauc⁹ aꝑ Plat. li. ii. de rep. dic̃ postrema iniustitia ẽ hoiem malũ bonũ appere: quẽ Ci. imitat̃. Cauẽdũ igit̃ ẽ ab his q simulãt curios & baccanalia uiuũt: q̃is ĩterdũ difficile sit cauẽ. Magnas enim hẽt latebras uita hoĩs & uirtutis simulatiõe uitiũ obuoluit̃: iõ exclamat Iuue. in tale genus hoium. Frontis nulla fides. Torquenť tñ hmõi hoies ꝏscia scelerꝝ: quo supplicio maius iueniri nõ põt. Simplr̃ igit̃ uiuẽdũ est & iuste: idq; agẽdum: ut cõscientiæ stimulis nõ angamur: & ut liberi simus ab oĩ nepharia ꝏtagione & fraude alieni atq; ut tãdẽ reditus ad ea loca pateat: uñ mens nr̃a accepta est. Id aũt asseqũmur si iustitiã seruauerimus: q̃ oĩs uirtutes ꝏtinet. In oꝛone ꝑ Milone dicit. Magna est uis cõscientiæ & magna in utrãq; ptẽ: ut neq; timeant q nihil cõmiserint: & pœnã semp ante oculos uersari putẽt: q peccarint. Et in. ii. actione in Verrẽ. Nullæ sunt occultiores ĩsidię q̃ hæ q̃ latẽt si simulatione officii aut in aliquo necessitudinis noĩe. Nam eũ qui palã est aduersarius facile cauẽdo uitare potes: hoc uero occultum intestinum ac domesticũ malum nõ modo non extat: uerꝝ etiam oprimit: anteq̃ perspicere atq; explorare potueris.

Cib⁹ ẽ marces ſuiẽtis

Cyri dictũ apd Xenophõtẽ.

Aristo. Plutarchus

Seneca

Glauc⁹

Iuue.

Magna ẽ ius cõscientiæ

FRAN MAT.

Vis apta ẽ fortis fra⁹ ẽ ibellis Vis dr̃ leõis qa caret fraude

Eminerimus ẽt &c̄. dixit iustitiã uirtutẽ eẽ: q̃ hoium societatẽ & q̃dã q̃si cõitatẽ iter ipsos ꝏtineat. Quare ne ptẽ aliq̃ hoium relinq̃t tactã de officiis iustitię nũc agit: q̃ i ſuos custodiẽda sũt. ¶ Est ãt ĩfima declarat qđ dixit: q̃ si ĩfima ſuoꝝ ꝏditio Aristophanes oñdit dicens τοῦ σώματος ἁρμοττει τοῦ κυρίου κρατεῖν οὐ θυμοῦ ἀλλα τοῦ σωφρονοῦντος. Quib⁹ nõ male &c̄. ut operã exhibeam⁹: hoc ẽ ut laborẽ ꝓponam⁹: & ꝑ eo iusta repẽdamus: ut uictũ & uestitũ: faciamusq; qđ Simõ Terẽtian⁹ ait: ut iusta & dęmẽs fuit⁹ sit. Quales i ſuos eẽ debeam⁹ admonet Macro. & ita cũ illis agẽdũ: ut colãt nos poti⁹ q̃ timeãt: nec aliũde arrogãtissimũ illđ manasse puerbiũ. Totidẽ nobis hostes eẽ quot ſuos: q̃ ex nr̃a culpa. Qui dũ i illos supbissimi ꝏtumelioſissimi & crudelissimi sum⁹: hostes facim⁹. ¶ Cũ ãt &c̄. Nõ eẽ faciẽdã iniuriã supius ꝑcepit: nũc qb⁹ modis fiat oñdit. Vi fraude fieri dicẽs: & mlto eẽ turpiorẽ q̃ fraude fit. Q đ rõne non caret. Nã ius apta ẽ fraus occulta: hæc uitari aut ui adhibita repelli põt: illã neq; uitare neq; repellẽ lz. Nã ĩsidias effugeť difficile ẽ. Et ut i bello pl̃s laudis ꝏseqũt: q apta ui hostẽ supat: q̃ q fraude circũuenit. Ita i iferẽda q̃is iniuria min⁹ turpit agẽ uť: q apta ui q̃ q fraude utť. Apta ꝑterea: ius fortis ẽ: fra⁹ ibell: & ſuis uirib⁹ nõ fidẽtis. ¶ Fra⁹ uul. Hoc aĩal solertia dirum est: ut ait Pli. cui fraus tribuit. Horatius cautam appellauit uulpem. Æsopus Phrygius fabulator semp fraudibus utẽtẽ ind ucit: huic hoies cõparanť uiles & subdoli. ¶ Vis leonis: dolis carẽt leones & suspitione. Nec limis ĩtuenť oculis: aspicięq; silĩ mõ nolũt. Nullũ aĩal adeo generosum & ualidũ de quo multa Pli. Ouidius. Corpora magnanimo satis ẽ ꝑ, straſſe leoni: pugna suũ finẽ cũ iacet hostis hẽt. ¶ Vtrũq;: uis & fra⁹: utraq;. n. iniuria afferť ocio ꝏtra hũanæ societatis ius ¶ Totius aũt iustitiæ: a Platone hoc accepit q in libris de rep. maximã dicit eẽ iniustitiã bonũ uideri uelle & nõ esse. Iu,

Hypocrita Histrio.

re hoc subiũxit: de fraude. n. locutus erat: q̃ maxie hm̃oi hoies utunt̃: q̃ pessimi cũ sint boni uideri uolũt ii sũt quos hypocritas greco uocabulo nominamus ὑποκριτάς. n. simulo ẽ: & ꝑpe illi signant̃ ap̃ græcos: quos nr̃i histriões uocãt: q alienã ꝑsonã assumũt. In hos iuehit Iuue. cũ ait. Vltra Sauromatas fugẽ hic libet & glacialẽ oceanũ quotiẽs aligd de moribꝰ audẽt q curios simulãt & bacchanalia uiuũt. Dns ẽt nr̃ cauẽdũ ab iis mõuit: q ueniũt i uestimẽtis ouiũ: iterꝝ ãt sũt lupi rapaces

ASCẽ.

Meminerimus aũt. Docet ifimis. i. fuis ẽt fuãdã iustitiã eosq; hũane tractãdos iferẽs icidẽtialiter turpitudinẽ fraudis: & ut dicũt hypocrisis. Ordo est. ℣ Meminerimus. i. memores simus uel memores eẽ debeamꝰ iustitiã esse seruãdã: & .i. ẽt adusus. i. erga ifimos. i. ifimæ ꝺditiõis hoies. ℣ Aũt ꝑ sed ifima ꝺditio & fortuna ẽ seruoꝝ qbus sup. seruis q iubẽt ita uti ut mercẽnariis ad exigẽdã. i. expetẽdã ab eis opam. i. obsequiũ & fuitiũ: & sup. ad ꝑbẽdã. i. exhibẽda iusta. i. q̃ iustũ est eos ꝑbere: nõ ꝑcipiũt male imo bñ & iuste. ℣ Aũt ꝑ sed cũ iniuria fiat duobꝰ modis/aut ui/aut fraude: fraus est q̃si uulpeculæ. i. puę uulpis. ℣ Vis est q̃si leonis: & utrũq; : tã fraus q̃ uis. i. uiolẽtia est alienissimũ ab hoĩe: sed fraus est digna maiore odio: per q ꝺ̃ inuit ꝙ peior est iniustitia q̃ fit in ꝓximũ per fraudẽ: q̃ quæ in seruos præ uiolẽtiã. ℣ Aũt ꝑ sed: nulla sup. pars: aut nulla iniustitia: totius iniustitiæ: ẽ capitalior. i. pnitiosior & dignior ut capite plectẽ aut ut capitali odio afficiat̃: q̃ eoꝝ quæ cũ fallunt maxime agunt: tũ. i. tũc: id ut uideant̃ esse boni uiri. i. qui ꝑ hypocrisim & simulationẽ fraudulẽtã decipiũt de quibus saluator. Attẽdita falsis prophetis qui ueniunt ad uos in uestimẽtis ouiũ: intrinsecus aũt sunt lupi rapaces. Satis dictum est de iustitia.

Iustitia erga seruos exhibẽda

Maxia iustitia

PẽT. MAR. Liberalitas

De beneficentia & liberalitate.



Deinceps ut erat ꝓpositũ. Proposuit Cic. eã rõnẽ q̃ societas hũana ꝺtinet: cuiꝰ ꝑtes duas eẽ dixit iustitiã & liberalitatẽ. Postq̃ de iustitia disseruit trãsit ad liberalitatẽ: ut ꝓposuit. Liberalitas est mediocritas circa dãdas capiẽdasq; pecunias: & res q̃ pecũia æstimant̃: & liberalis ille est: q scit pecũias disponere qbꝰ & bñ & male utimur: bñ uno mõ: male duplr: aut exuberãdo aut deficiẽdo: uñ oportet uiꝝ liberalẽ scire pecũiis uti. Nã in oĩ facultate ẽ aliq̃ ars: q̃ illã disponit. Is optie inqt plis re q̃uis utit̃: q eã uirtutẽ hẽt: q̃ ad rẽ illã accõmodat̃: & diuitiis igit̃ optie is utet̃: q uirtutẽ eã hẽt q̃ ad pecunias attinet: hic ãt est ipse uir liberalis. Liberalis igr̃ dabit qbꝰ oportet: qꝺ oportet: tã in puis q̃ i magnis & accipiet uñ oportet: sed magis uersat̃ circa dãdas q̃ accipiẽdas pecunias. Virtutis. n. ꝓpriũ est magis ꝺferre bñficiũ q̃ accipe: & qa difficilius ẽ erogat̃ pecũias: q̃ accipe & uirtꝰ est circa difficile: & nõ dr̃ liberalis: q accipit: sed q dat qbꝰ oportet: & oẽs actiones liberalitatis debẽt eẽ hõestatis cã: q̃ ẽ finis cuiusq; ũirtutis: & ipsa liberalitas uirtꝰ ẽ: & uere liberalis nõ capiet: uñ nõ oportet: qm̃ nõ magni æstimãt pecũias dare: tñ dẽt ꝑ facultate & rõne diuitiaꝝ: & liberalis nõ põt eẽ diues: qm̃ sibiipsi pauciora relinqt: & libẽter patit̃ iniuriã in rebꝰ pecũiariis: & uir liberalis angit̃ cũ nõ dat q̃ oportet: ut ipsa lex liberalitatis dictat: & hoc magis offendit ipsam uirtutẽ: q̃ dare cui nõ opꝝ: qa hic dat̃: illic minime: qꝺ ẽ oĩno ꝺtra liberalitatẽ. Simonidisq; snia ꝙbat̃ authore Arist. q oppositũ tenebat. Exupat ꝑdigus: deficit auarus accipiẽdo & nõ dãdo: ille aẽt dãdo & nõ accipiẽdo. Est igit̃ liberalitas uirtꝰ & mediocritas q̃dã iter auaritiã & ꝑdigalitatẽ: & sic põt definiri. Liberalitas est hitus electiuus ꝺsistẽs i mediocritate/circa dãdas capiẽdasq; pecũias. ℣ Accõmodatiꝰ na. ho. qm̃ hoies qbꝰ ualẽt ad tuẽdã societatẽ hũanã nãm ĩcitant̃: & nihil est accõmodatiꝰ hoĩ q ꝑdesse qbꝰ opꝝ: & opibꝰ & offõ alios demereri. Vñ auari pecũiosi uitupandi sũt: cũ oĩno nam reliquãt & hũanitatem & uidẽnt̃ fuit atrjẽses cũ pecũiis reip. f. uilissime fuiãt: q̃ fuitute nihil põt eẽ aut excogitari miseriꝰ: & illi fũmis laudibꝰ celebrãdi sũt: & quodã q̃si pleno ore laudãdi: q opibꝰ ad ꝺfuationẽ hũani gñis utunt̃: nec ĩcũbũt thesauris & ifossis loculis: sed diuitiis sciũt addẽ lucẽ: & ut uirtutis finẽ ꝺsequnt̃ opibꝰ q̃si istro utunt̃: tũc gestiẽtes aĩo cũ aliquẽ exigere & fouere pñt: sed ĩtãta ꝺfusiõe tpoꝝ & puerilis moribꝰ ac auaritię æstu & rabie pauci admodũ iueniunt̃. Cyrus apꝰ Xeno. li. iii. dic̃. Pecũiis utimini: nã i terrã satis sit corpa defodere. Cũ qsq; dic̃ obierit. Gñosi aĩ & magnifici ẽ (inqt Sen.) Iuuare & ꝑdesse: q dãt bñficia deos imitant̃: q repetũt fœneratores. Sed hẽt mltas cautiões: qm̃ ut dem ẽ: opꝝ liberalẽ eẽ prudẽtẽ ut det qbꝰ opꝝ & qꝺ oportet quo & uñ fuatis oibꝰ circũstãtiis: q̃s pscribit ipa recta rõ: aliter a medio ipo discedit̃: qꝺ nõ fit sine uitio quocũq; te uerteris. Sen. dic̃. Videbo q̃ qdẽ cuidẽ: quẽ admodũ: q̃re nihil. n. sine rõne faciẽdũ ẽ: nõ ẽ ãt bñficiũ: nisi q rõne dat: qm̃ rõ ois hõesti comes ẽ. Põit igit̃ Ci. cautiões: qbꝰ uti debemꝰ: ut uere liberalitatis gloriã ꝺsequmur. Cautio dr̃: cautela nõ dr̃. Cautꝰ is ẽ q ois prudẽter agit: & timet ea q̃ timẽda sũt: & pœnitẽtię locũ nõ reliqt: dare argẽtũ inqt plis: sũptuue facere cuiuslibet ẽ: & facile: sed cui & q̃tũ & q̃n: & gra cꝰ oportet: nõ cuiuslibet ẽ neq; facile: qꝺ qdẽ est ipm rectũ.

Virtutis ꝓpriũ ẽ magis cõferre bñficiũ q̃ accipe

Simõis snia improbat̃ auto. Aristo.

Seneca

Cautus

FRAN MAT. Liberalitas

Magnificẽtia

Bñficẽtia Liberalitas

Deiceps ut erat ꝓpositũ &c̃. Iustitię bñficẽtia: quã eãdẽ: & benignitatẽ: & liberalitatẽ appellari licet ꝺiunctã dixit eẽ. De officiis iustitię ĩã ꝑcepit: nũc de liberalitate ꝑcipe icipit. Subiiciunt̃ ãt. Iustitia & bñficẽtia. Iuris nãlis pti q gra appellat̃. In ea. n. ut Cic. ait: amicitiaꝝ & offoꝝ alteriꝰ mẽoria & remunerãdi uolũtas ꝺtinet̃. Arist. liberalitatẽ dic̃ eẽ mediocritatẽ circa pecũias: & laudari liberalẽ: nõ i rebꝰ bellicis: neq; i his i qbꝰ tpans: nec rursus i iudiciis: sed i dãdis capiẽdisq; pecũiis: pecũias uero appellat oĩa quoꝝ ęstimatio mẽsurat̃ nũmo. Idẽ magnificẽtiã q̃dã uirtutẽ esse ait circa pecũias exñtẽ: sed nõ ita ut liberalitatẽ ad oẽs res pecuniarias ptinere: sed ad sũptuosas dũtaxat: & i his liberalitatẽ magnitudĩe excedẽ: & ad aliqd eẽ. Nec magnificũ dici: q i puis: aut mediocribꝰ ꝑ dignitate sũptꝰ fac̃: sed illũ q i magnis. Et oĩs magnificꝰ liḃalis ẽ. Liḃalis ãt nihilo magis magnificꝰ. Recte ãt iustitię ꝺiũcta ẽ liberalitas: q̃ sic illa uirtꝰ ẽ ad aliũ ut ait Arist. ita & hæc ad aliũ ẽ/cui ꝺferr̃: utriusq; tñ diuisa sũt officia. Iustitia tribuit suũ cuiq; ꝑ dignitate: liberalitas unicuiq; ꝑ idulgẽtia bñfacit. ℣ Bñficẽtia q̃is idẽ sint bñficẽtia & liberalitas: ut Cic. ait: põt tñ hæc ad aĩum dãtis: illa ad actũ & opationẽ ipsam referri. ℣ Qua q. &c̃. Nã hõ aĩal sociabile ẽ & ciuile: hoĩum cã gñatꝰ: ut supius ait: ex Stoicoꝝ snia: ut aliis hoibꝰ bñfaciat: & dãdo accipiẽdoq; aliorꝝ sibi ꝺciliet bẽuolẽtiã/& societatẽ. ℣ Sz hẽt cau. mł. &c̃. Quas cautões uocat. Ci. circũstãtias alii appellãt. In oĩ ũo actiõe septẽ spectãt̃: uel ex his potis sine. Quis qd/circa/quos/ubi/qñ/qũo/cur

prima

prima agẽtem respicit. Secũda actũ. Tertia obiectũ. Quarta locũ. Quinta tps. Sexta modũ. Septima finẽ. Quę oĩa in liberalitate spectari pñt. Quis largitus sit diues an paup. Priuatus an magr̃atus. Rusticus an urbanus. Quid utile ul' iutile: opportunũ uel ↄtra. Circa quos egẽti uel ↄtra bono uel malo bñ merẽti uel nõ. Vbi quo loco debuit uel quo non debuit clã aut palã. Q ñ tpe necessitatis illius: cui erogauit: an qñ liberalitate uti in illũ opus nõ erat: uel qñ ille petiit aut qñ nõ petiit. Gratiora. n. sũt q̃ ultro afferunt. His q̃ petim⁹. Q ũo læto uultu uel ↄtra: aut magna mẽsura uel ↄtra: & p modo facultatũ uel ↄtra. Cur. Spe plura recipiendi uel citra remuneratiõis spem. Spe laudis adipiscẽdæ uel non.

Einceps. Determinat de liberalitate ac bñficentia uitiisq; cõtrariis. Ordo est. Dicat. i. determinet hoc est determinatio fiat deĩceps de bñficẽtia ac liberalitate: ut. i. quẽadmodũ erat ppositũ. i. ĩstitutũ fieri. i. q̃ qdem bñficẽtia nihil est accõmodatius. i. ↄueniẽtius naturæ hoĩs. Sed sup. ipsa bñficia ac liberalitas hẽt mltas ↄtiones. i. ↄsiderationes: & ut dicunt ꝓuisiones ut recte fiat. ℣ Enip qa uidẽdum. i. ꝓuidendũ & cauẽdũ est ne benignitas obsit. i. noceat &. i. simul his qbus uidebit fieri. i. aliqd efficit benigne & cæteris. ASCẽ. Circunstãtię circa liberalitatẽ hñdæ. PET. MAR. Ambr. Bẽignitas ẽ alĩ qñ ĩ pecunia.

Videndum'est. n. primũ ne obsit benignitas: & his qb⁹ benigne uidebit' fieri: & cæteris: deinde ne maior benignitas sit quam facultas. Tum ut pro dignitate cuiq; tribuat'. Id enim est iustitiæ fundamẽtũ ad quã hæc oĩa sunt referẽda: nã & qui gratificant' cuipiã q̃d obsit illi cui ꝓdesse velle videant' nõ bñfici: neq; liberales: sed pernitiosi assentatores iudicãdi sunt & q aliis nocent: vt in alios liberales sint: in eadem sunt iniustitia: vt si in suã rẽ alienam conuertant. Sunt aũt multi equidem

℣ VIdẽdũ est. n. affert tres cautiõe: & sic tres erũt ptes. Ne obsit Diuus Ambr. ait: pulchrũ ẽ bñ uelle & largiri: ut prosis nõ ut noceas: nã si luxurioso ad luxuriæ effusionẽ: adultero ad mercedẽ adulterii largiẽdũ putes: nõ est bñficiẽtia ista: ubi nulla ẽ beniuolẽtia: officere. n. est istud nõ ꝓdesse alteri: si largiaris q ↄspiret adũsus pr̃iam. ℣ Benignitas: pecuniaq; collatio. ℣ Videbit': cũ reuera nõ sit: qm illud nocet nõ ꝓdest. ℣ Et cæ. q malũ forte expectãt ab illis qbus benigne factũ est: ut a Cæsare passi sunt Rõani: cui de impio cogitãti Crassus diues qdam alii pecuniã suppeditabãt. Illa igit benignitas nocuit Cęsari: qm postea fuit ĩterfect⁹: & ẽt rõani quos ille in ꝓuitutẽ redegerat. ℣ Deide. Hæc est secunda cautio: qm ut dixi ꝓ facultate dãdũ est & mõ diuitiaq; aliter liberalis cogẽt accipe: uñ opꝫ: & sic ab offõ discedet: & liberalitas iudicat ipsis facultatib⁹. At. n. Inqt Arist. ꝓ mõ fortunaq; ipsa liberalitas dr̃: liberalis. n. actio nõ in multitudine reiq; q̃ dant': sed in hitu dãtis ↄsistit. Hic aũt ꝓ facultatib⁹ erogat. ℣ Quã facultas: q̃ modus diuitiaq; & Pr̃imonii. ℣ Tũ ꝓ dignitate. Tertia cautio & ꝓpetas liberalis: q dare debet qbus opꝫ: ut. s. demus unicuiq; id q̃d mereť. Id. n. dare. s. unicuiq; ꝓ facultatũ rõne dignitate accipiẽtium & meritis aliter sit iniustitia cũ mali accipiãt: q̃d nõ merent': & boni uiri mẽdicẽt tẽpoꝝ culpa qbus oĩa corrupta sũt: ut nulla penit⁹ heãt rõ uirtutis. ℣ Iustitiæ: ꝓpriũ est tribuere unicuiq; q̃d suũ est. Vñ dic̃ Sen. turpissimũ gen⁹ dãdi est incõsulta donatio. Iustitia distributiua est r̃m ꝓportionẽ geometricã: in q̃ ↄsiderant' psonę: qbus fit distributio de bõis cõibus. uñ dic̃ plis in. v. ethices: q nõ sunt pares nõ hñt paria: sed hic pugnę nascunt' & icusatiões atq; q̃relę: cũ ipares hñt paria. id ita eẽ ex eo q̃d ꝓ dignitate fit ↄstat. Iustũ. n. q̃d in distributionib⁹ est oĩb⁹ uno ore ꝓ dignitate q̃dã oportere esse dicunt. ℣ Ad: quã iustitiã. ℣ Hæc oĩa q̃ de liberalitate ꝓcipiunt': q̃ est ps iustitiæ: & pot dici iustitia distributiua: ut dem ẽ. ℣ Nã & q ꝓbatio ẽ. ℣ Gratificant'. i. rẽ gratã faciũt alicui: q̃ accipiẽti noceat nõ dicet liberalitas: qm finis nõ ẽ hõest⁹: quę respicit ipsa uirt⁹: gratificari aliqd alicui ẽ aliqd in gr̃am illi⁹ facere. ℣ Q d'ob. noceat illi in cui⁹ gr̃am aliqd fit. ℣ Vident' uelle inqt cũ in aĩo hẽant nocere: igit a fine talia officia iudicãda sũt. ℣ Assentatores: qa cũ uideant' ꝓdesse: tum maxime nocent: & unum dicũt: & aliud corde sentiũt: & alienæ uolũtati obtẽperãt: ut id q̃d praue capiunt assequant': uñ ab ipsis cauendũ est. De assentatoribus & adulatoribus dicet loco suo latius. ℣ Et q aliis nocẽt: nõ ꝓbat' largitas: si q̃d quis uni largit alteri extorqueat si iniuste q̃rat: & iuste putet dari posse. Aristo. ait prodigi ad capiendum proni fiunt: quia cupiunt dare: hoc aũt facere interdũ nequeunt: cum cito facultates deficiant: itaq; ex alienis dare coguntur: & simul quia nulla est eis honestatis cura sine ullo discrimĩe & undiq; rapiũt: dare nãq; cupiũt quo pacto: aut unde nihil curãt: aut quapropter nec dationes ipsoꝝ sunt liberales: nõ. n. sunt honestæ aut honestatis cã: nec ut oportet efficiunt': sed ĩterdũ quos deceret eẽ paupes: eos ditãt: & his qdẽ q moderati sunt: nihil darẽt: adulatorib⁹ aũt multa aut aliq̃ aliã afferẽtib⁹ uoluptatẽ. Fran Mat. Aristo. Aristo. Aristo. Eutrapelo⁹ apud Horat. Ci. i. Lęlio Aristo. ASC.

℣ VIdẽdũ est ꝓ. &c̃. ꝑma cautio ẽ: ne obsit benignitas & illis qb⁹ fit & cæteris. Vtilia. n. & oportũa elargiri nos cõuenit. Nocere adolescẽti: si qs ei pecũias largiret: ut aleis opam daret & meretricib⁹ ĩdulgeret: & hæc re uera liberalitas nõ eẽt qm̃ sine rõne fieret. Liberalitas ãt uirt⁹ est ĩ dãdo & accipiẽdo cũ rõne. ℣ Et cæ. si aliis auferam⁹: & aliis largiamur: q̃d ifra dicet. ℣ Deide ne ma. &c̃. liberalis: ut ait Arist. ẽ uehemẽter ĩ dãdo excedere: ita ut sibiipsi pauciora reliquant'. Nã ad se qdẽ ipm nõ respicere liberalis ẽ. Vetꝫ iuxta facultates liberalis dr̃: & nõ in mltitudĩe datoꝝ: sed in dãtis hitu cõsistit liberalitas: hic ãt dat r̃m facultates. Nec qcq̃ phibet liberaliorẽ eẽ: q pauciora dat: si mõ ei miores sint facultates. ℣ Tũ ut ꝓ di. &c̃. Multi dãt qb⁹ nõ opꝫ: & ut ait Arist. quos paupes eẽ ↄuenit: eos diuites faciũt: & hõestis qdẽ hoibus nihil dãt: assentatorib⁹ ãt aut aliã q̃piã uoluptatẽ afferẽtib⁹ multa: ex quo fit ut plimi eoꝝ dissoluti sint. Sũpt⁹i fragitiis ꝑne faciẽtes. Et qa honestatẽ nõ sequunt' iuita declinãt ad uoluptates. Tribuẽdũ ẽ itaq; dignis: & cuiq; ut mereť erogandum. ℣ Id. n. est &c̃. Supius dcm̃ ẽ: iustitia est ai hitũ: q̃ cõi utilitate ꝑuata: suũ cuiq; r̃m dignitatẽ tribuit. ℣ Hæc refe. sũt: & recte: qm̃ par iustitię est liberalitas. Iustitia. n. nõ solũ ꝓcipit: ut suũ cuiq; ꝓ dignitate tribuam⁹ & neminẽ ĩ cõmertiis ↄtrahẽdo/cõmutãdo/ↄducẽdo/locãdo/emẽdo/uẽdẽdo: decipiamus. Sed ẽt ut nr̃a spõte ad bñfaciẽdũ ppẽsi simus: hoĩesq; quos socios nobis nã genuit iuuemus. ℣ Nã q gra. &c̃. rõ cur supiores circũstãtię spectãdę sint: q inqt bñficiũ ↄferũt cui/piã: q̃d nocituꝝ sit: nõ liberales sũt: sed pnitioli assentatores: nocẽt. n. maxie dũ liberales uideri uolũt: ut siqs equũ ferocissimũ paꝝ eqtãdi piti adolescẽti largiať: quo ꝓcipitari facile põt: aut petitũ gladiũ cædẽ facturo. Talis locuples fuit Horatian⁹ cognomẽto. Eutrapelus: qm̃ nõ liberal'r & urbane ĩ psonas iocabať. hic cuicũq; nocere uolebat uestimnta dabat ꝑ cioſa: btũs. n. iã cũ pulchris tunicis sumet noua ꝓsilia: & spes dormiet in lucẽ scorto postponet hõestũ offm̃: nũmos aliẽos poscet: ad unũ thrax erit: aut olitoris aget mercede caballũ: sť ãt assentatores: q oĩa loquunt' ad audiẽtis uolũtatẽ: non ad ueritatẽ: author Cic. ĩ Lælio. ℣ Et q aliis no. &c̃. Tã peccat igt: q aliis aufert: aut aliis largiať: q̃ peccaret. Si q̃ eripet ĩ rẽ suã ↄuerteret. Supius aũt ꝑcepit: ut cõibus uteremur tãq̃ cõibus priuatis: ut nr̃is: & q̃ siqs plis sibi appeteret ius hũanæ societatis uiolaret. Arist. & ipse multos dic̃ eẽ q accipiũt uñ nõ oportet: pp erogãdi cupiditatẽ: q̃d defficiẽtibus ↄfesti rebus facere necessitas cõpellit & hos de honestate nihil curare: ac sine ullo respectu undiq; capere: qũo aũt uel unde nullã apud eos differẽtiam esse: & ꝓpterea dationes eoꝝ liberales nõ uideri: qm̃ honestæ non sunt.

℣ DEINde. i. secũdo loco sup. uidendũ & cauẽdũ est: ne benignitas. i. liberalitas sit maior q̃ facultas. ℣ Tũ. i. tertio ut ASC.

tribuaſ.i.oferatur:cuiq;.i.unicuiq; p dignitate.i.ſm dignitatem & meritū ipſius. ℣ Enim pro quia id.ſ.ſm dignitatem tribuere eſt fundamētū iuſtitiæ ad quā.ſ.iuſtitiā hæc oia quę hic.ſ. præcipiunt̄ ſunt referēda.i.redigēda. ℣ Nā &.i.etiā illi ſup.qui gratificātur.i.rem gratam cum pōpoſa beneficētia faciūt cuipiam.i.alicui:ita ſup.q; obſit illi cui uideť uelle; deſſe. ℣ Nō ſunt iudicandi bñficii:neq; liberales:ſed aſſentatores.i.adulatores pernicioſi.i.ualde nociui ad ne eſt uſq; ut ſunt qui liberalitatē populi munuſculis emūt. ℣ Et ſup.illi q nocēt aliis:ut ſint liberales in id erga alios ſunt in eadē iuſtitia:ut.i.quēadmodum ſup.ſunt:ſi ouertant alienā rē in ſuam. ℣ Aūt:pro ſed:multi ſunt eqdem.i.certe.

Cui ſint pnitioſi aſſentatores PET. MAR.

¶ CVPIdi ſplēdoris:ſplēdor dr̄ p trāſlationē & accipiť hic; ipſa glia:& nois celebritate & claritate: qm̄ tales uolūt uideri liberales & ſplēdidi:& iō largiunt̄ ea q̄ aliis eripuerūt:qđ eſt otra iuſtitiā:ſic faciebat Cæſar q ſine aliq̄ ſuppetatione pecuniaꝝ qđ poterat alicunde corradere & rape dilargiebať populo:ut aios largitiōibus corrūperet:& poſtq̄ regno potitus eſt:multa multis eripuit:ut aliis largiret hoc idē fecerat Sylla q bona p ſcriptoꝝ ad libidinē dilargit? eſt. ℣ In ſuos:erga ſuos. ℣ Si locupletent: diuites faciāt:locupletes p̄pe dñr:q multa loca hñt & poſſeſſiones. Quacūq; rōne:p fas & nefas qūcūq; potuerit. ℣ Id āt.ſ.eo mō largiri: & alios locupletať quocūq; mō. ℣ Tm̄ abeſt:tm̄ ab offō diſtat: qm̄ eſt otra iuſtitiā. ℣ Offō;actioni q̄ eſt cū uirtute. ℣ Videdū igiť ocludit Cice.docēs qua liberalitate utēdū ſit. ℣ Quare:iccirco cū debeamus uti ea liberalitate:quæ nemini noceat:largitio pecuniaꝝ Sylæ & Cæſaris non fuit liberalis:qm̄ nocebať iuſtis dñis:qđ eſt otra p̄ſcriptū iuſtitię. De bonis ciuiū publicatis a Sylla & Cæſare diceť in.ii.uolumine. Iuſtis dñis:poſſeſſoribus legitimis. ℣ Ad alios: amicos ad quos tm̄ nihil horꝝ iure ptinebat. Nihil ē.n. p̄batio eſt:plis in.iii.ethices ſic ait. Sequiť.n. datio nē bonā talis acceptio:ea uero q̄ nō talis otraria eſt. ℣ Alter locus.i.ſecūdus:ſupra dixit:ne maior benignitas ſit q̄ facultas:& hoc ptinet ad p̄digū: de cuius natura dcm̄ eſt. ℣ Facultates: pr̄imoniū/cēſus/opes/p̄ximos/affines/& p̄pinquos. ℣ Quas.n.p̄bat q̄re faciūt iniuriā proxio. ℣ Copias:diuitias. ℣ Suppeditari/dari/relinq. ℣ Ad alienos:nulla/ oſanguinitate/aut affinitate ſibi oiūctos:& ſic iniuſti ſunt qm̄ dāt alienis id qđ p̄ximis ſuppeditatū eſſet. ℣ Rapiēdi:p ui. ℣ Auferēdi:quocūq; mō & fraude. ℣ Suppetāt:abūde ſufficiāt. ℣ Videre etiā licet ponit aliud genus largitionis:qđ etiā illiberale eſt:largiunt̄.n.qdā ad oñtationē:quæ fit glię cā. Nec illa p̄fecta eſt liberalitas (ingt Ambroſius) ſi iactantiæ cā magis q̄ miſericordia largiaris:affectus.n.ponit nomē opi:qūo a nobis p̄ficiſcitar:ſic eſtimať. Vñ ſcri.Pli.in epliſ. Meminimus quāto maiori aio fructus honeſtatis in oſcia q̄ in fama reponaī:ſeq.n.glia:nō appeti debet. Et laudās. T. Ariſtonē diċ. Ornat hæc magnitudo ai:q̄ nihil ad oñtationē oia ad oſciam refert:rectęq; facti:nō ex ppli fmōe:ſed ex facto petit:p̄fecta igiť eſt liberalitas:ubi ſilētio quis tegit opus ſuū & neceſſitati ſingulorꝝ occulte ſubuenit. Honeſte facti p̄miū eſt feciſſe ingt Señ. Et Scipio apud Syllū dicit. Ipſa quidē uirtus ſibimet pulcherrima merces. ℣ A uolūtate:certo aī iudicio: & q; ita eligant agēdū. ℣ Simulatio:oñtatio & ficta liberalitas. ℣ Vanitati mēdacio:qm̄ nō p̄ficiſcit a uolūtate. Vanus dr̄ ſimulator:& mēdax atq; oñtator:cui opponitur grauis:qui nihil ſimulat:nihilq; diſſimulat:ſed ita uiuit:ut dicit. Vanū igiť eſt largiri ad oñtationem:non ex officio aut uoluntate. ℣ Honeſtati:uirtuti:cuius finis honeſtas eſt.

Cæſaris dictatoris largitiō uera Locuples

Plinius

Seneca

Vanus Grauis

FRAN MAT. Sylla Cæſar

Q. Aurelius Sueto.

¶ QVAcūq; rōne:etiā p iniuriā aliis factā. ℣ Ab offō:ab actione uirtutis:& Señ.ingt magnanimus nō eſt q ex alieno liberalis eſt. ℣ Videdū &c̄.ocludit. ℣ Quare &c̄.exēplos p̄bat ętatis ſuæ p̄ncipiū Syllā.n.nouit adoleſcens Cæſari pene fuit æq̄lis. Vterq; bonis p̄ſcriptoꝝ:& eoꝝ:q probi erāt.a qbus auferre iuſte nō poterāt:amicos ſuos & ſatellites dituit. Sed neuter liberalitate uſus eſt. Cū liberalitas iuſtitiæ oiūncta ſit. Iuſtitiā aūt ut ab iniuria abſtineamus:& aliis quę nr̄a nō ſunt:reliquamus iubet. Sylla tabulā illā ingētē propoſuit:& ex ipſo eq̄ſtris ordinis flore ac ſenatu duo milia elegit q mori iuberenť:bona p̄ſcriptoꝝ ſub haſta uēdidit:& qbus uoluit largitus eſt. ℣ Qui proſcriptos tūc iterficiebāt:hūc dicebāt domus iteremit ampliſſima. Illū hortus:illud thermę. Q. Aurelius:q nullis p̄ſus negociis ſe imiſcuerat forꝝ ingreſſus. Et p̄ſcriptoꝝ noīa legēs. Cū ſeip̄m:quoq; cōpiſſet. Ve mihi miſero ingt. Albana me uilla p̄ſequiť paulūq; p̄cedēs iugulatus eſt. Cæſar quos multa largit⁹ eſt amicis ex otrariæ factiōis bonis. Quāuis admirabili moderatione: poſt belli ciuilis uictoriā:uſum illū tradat Sueto. ℣ Alť locus erat &c̄. docet nūc cur maior benignitas eē nō debeat q̄ facultatis rō. ut ſm gradus erogem? & p̄ximioribꝰ bñfaciamus. ℣ His:p̄ximis. ℣ Ineſt aūt &c̄. Idem ut ſupra rettulimus dicit Ariſto. Qui multa largiunť ſine diſcrimine:ii multa rapiāt neċe eſt:ut ſuppetat largiēdi facultas. ℣ Videre ēt &c̄.diċ plęroſq; nō nā liberales eē:ſed gloriæ cupiditate ductos largiri. Et hmōi hoīum liberalitatē uanā quādā oñtationē eē. Ariſto.exceſſum uulgarē uētoſitatē:& iexplebilitatē appellat & quot ſūt hmōi:quæ nō in qbus opꝫ excedūt:ſed in qbꝰ non ſūptu nō oportune faciēdo excedit:& in puis ſūptibus multa oſumit:ac otra decētiā ſplēdorē captat:ut ſi in hiſtriōibꝰ nuptiali appatu epulas paret:& comœdoꝝ exhibeat choꝝ:gradiēs purpuratꝰ ut olī megarēſes ſolebāt:& hęc oīa faciat nō p̄ſa honeſti:ſed ad oñtationē diuitiaꝝ:putās ea de cā hoīes in ſui admiſtratione ouertere. Et ubi opus eſt magnis ſūptꝰ puos facit:ubi uero puis magnos. ℣ Quadā glia:inani.ſ.quā κακοζηλίαν uocant græci. ℣ Oñtatione:iactātia & inani tate ueritati:ut ait Ariſt.opponiť oñtatio:& deterior eſt ironia. ℣ Magis q̄ a uolūtate:recte ſic ait. Nā hoc ipm iuſtum eſt qđ rōne fit:ſi eſt uolūtariū. Qui uero glia ducti largiunť nō ut p̄ſint hoc faciūt ſed ut ipſi laudenť. ℣ Honeſtati:contra quā faciūt cū qbus nō oportet largiunť. Nec ut oportet:aut ubi oportet:quid eſt otra honeſtatē:ſicut oñſum eſt.

cupidi ſplēdoris:& gloriæ:q eripiūt ab aliis qđ aliis largiať. Iiq; arbitranť ſe bñficos in ſuos amicos viſum iri ſi locupletēt eos quacūq; rōne. Id aūt tm̄ abeſt ab officio:ut nihil magis officio poſſit eē otrariū. Videdū eſt igiť vt ea liberalitate vtamur quæ p̄ſit amicis nemini noceat. Quare. L. Syllæ &. C. Cæſaris pecuniaꝝ tranſlatio a iuſtis dñis ad alienos nō debet liberalis videri. Nihil.n.eſt liberale qđ nō idem iuſtū. Alter locus erat cautiōis ne benignitas maior eēt q̄ facultates qđ qui benigniores volūt eē q̄ res patiť: primum i eo peccāt:q; iniurioſi ſunt in p̄ximos. Quas.n.copias iis ſuppeditari æquus eſt & reliquere: eas trāſferūt ad alienos. Ineſt aūt in tali liberalitate cupiditas plærunq; rapiēdi & auferendi per iniuriā ut ad largiendum ſuppetāt copiæ. Videre etiam licet plæroſq; nō tā natura liberales q̄ quadam gloria ductos vt benefici videantur facere multa: quæ videntur magis proficiſci ab oſtētatione quam a volūtate. Talis autem ſimulatio vanitati eſt coniunctior : quam aut liberalitati : aut honeſtati.

¶CVPidi ſplendoris.& gloriæ quí eripiuntur ab aliis.i.ab unis:quod largiantur aliis hi.i.hmõi ſup.ſunt quí arbitrãtur ſe uiſum iri.i.uidendos eſſe beneficos in.i.erga amicos ſuos quí locupletent.i.locupletes & diuites facient eos quacũ q̃ rõne ſiue iuſta ſiue iniuſta. Aũt pro ſed id.i.eiuſmodi factũ abeſt tñ.i.inſtr̃m ab offõ.i.eo qd facere debeant ut nihil poſſit eẽ magis cõtrariũ offõ. Igit uidẽdũ eſt.i.obſeruãdũ eſt ut utamur ea liberalitate:q̃ proſit amicis:& nemíni.i.nõ alicui noceat. ℣ Quare.i.q̃obrẽ trãſlatio pecuniarꝝ Lucii Syllæ & Caii cæſaris.i.quã fecerũt: Sylla & Cæſar a iuſtis dñis ad alienos nõ debet uideri liberalis. ℣ Enĩ p̃ qa nihil ſup.ẽ liberale:qd nõ idẽ.i.ẽt eſt iuſtũ. ℣ Alter loc⁹ cautiõis.i.alterа res cauẽda erat ne benignitas eẽt maior q̃ facultates.i.potentia cõferẽtis q̃.i.qa ſup.hi q uolũt eẽ benigniores.i.bñficẽtiores q̃ res.i.facultas eorꝝ patit̃:peccãt p̃mũ i eo qd̃ ſunt iniurioſi i p̃ximos.i.neceſſarios & cõſanguineos. ℣ Enĩ pro qa ipi trãſferũt ad alienos eas copias q̃s æqus.i.iuſti⁹ eſt ſuppeditari.i.ſub miniſtrari i uita & relinq̃re poſt mortẽ his.ſ. p̃ximis. ℣ Aũt p̃ ſed cupiditas rapiẽdi & auferẽdi p̃ iniuriã eſt plærũq̃.i.ut plurimũ in tali liberalitate q̃ fit ſupra facultatẽ ut copiæ.i.abũdãtes opes ſuppetãt.i.ſatis ſint ad largiẽdũ. ℣ Licet ẽt uidere plæroſq̃.i.ualde multos eẽ nõ tã nã.i. ex naturali ĩclinatione eſſe liberales q̃ iductos.i.q̃ ex eo q̃ iducti ſunt q̃dã gloria.i.affectatiõe gloriæ uti bñfici uideanť facere multa q̃ ſup.facta taliũ uidenť p̃ficiſci.i.oriri magis ab oſtentatione.i.uana põpoſitate q̃ a uolũtate.i.beniuolẽtia. ℣ Aũt pro ſed talis ſimulatio.i.ſimulata liberalitas.eſt coniunctor.i.uicinior uoluptati q̃ aut liberalitati aut honeſtati.

ASC. Quíd ſit liberale dicendũ cupiditas liberalitati inſidiať p ſimulationẽ.

Tertium eſt propoſitum:ut in beneficẽtia delectus eſſet dignitatis.in quo & mores eius erunt ſpectandi in quem beneficium conferetur & animus erga nos & cõmunitas ac ſocietas uitæ & ad noſtras utilitates officia ante collata.quæ ſi concurrant omnia optabile eſt. Si minus plures cauſæ maioreſq̃ ponderis plus habebũt.

PET. MAR.

¶TERTIum ãt p̃poſuit tria:duobus abſolutis: ſupeſt tertiũ:ut.ſ.pro dignitate cuiq̃ tribuať. Nunc exeq̃t hãc partẽ:& dicẽ ſpectãdos eẽ mores eorꝝ:in quos beneficí eẽ uolum⁹:ut q̃ſq̃ p̃ meritís habeat. Vñ opus eſt liberalẽ prudẽtẽ eſſe:ut hẽat delectũ: & iudícet qd cuiq̃ tribuẽdũ ſit:& qd q̃ſq̃ mereať: aliter diſcedet a iuſto. Cõſiderãdũ ẽt eſt q̃lis fuerit aĩus erga nos:q̃ cõitas aut uitæ ſocietas:ſi beneficia ab illis fuerit in nos añ collata:ſi oía hæc inerũt bñ hẽbit & optãdũ eſt:ſin aũt plures cauſæ & maiores p̃ualebũt. ℣ Spectãdi:diligẽter cõſiderãdi. ℣ Et aĩus:quo aĩo fuerit erga nos. ℣ Cõmunias an fuerit amic⁹:an ſit cõciuis an domeſticus:cõitas eſt uitæ cõſuetudo:q̃ eſt i ciuitate omniũ ciuiũ ſocietas eſt paulo reſtrictior. ℣ Ad nr̃as uti.an fuerint i nos benefici. Quæ oĩa.ut.ſ.ſit p̃ditus uirtute amicus & i nos ante beneficus ille in quẽ uolum⁹ uti liberalitate. ℣ Optabile:deſiderabile:ut oĩa ĩſint & cõcurrãt i unũ:q̃m offĩm eſt erga talẽ hoíem liberalitate uti. ℣ Si min⁹.ſi nõ oía inerũt maior ps uicere dẽt uñ opus eſt iudicio. ℣ Plus põ.magis debẽt nos mouere.ut bñficí ſim⁹ & liberales i aliquẽ.

FRAN MAT. Donandũ eſſe dignis quantũ oportet Cõitas & ſocietas

¶TERTIum eſt p̃poſitũ &c̃.liberalis:ut dictũ eſt:ís eſt:q ſecũdũ patrimonii modũ erogat:& in qb⁹ optet. Qui uero excedit p̃digus eſt ut ãt iuſtitia:cõi utilitate ſeruata:ſuũ cuiq̃ tribuit p̃ dignitate.ita liberalitas cuiq̃:ut mereť. Largitur p̃m facultatẽ. Dãdũ ẽ itaq̃ dignis:& quãtũ oportet:& quãdo oportet:ita tñ:ut nõ deſit nobis ipſis. ℣ Mores erũt ſpectãdi:Dãdũ eſt.n.bonis & honeſtis ac uirtutis ſtudioſis:nõ malis & iprobis:Reſpicit hoc eã iuris naturalis partẽ:q̃ obſeruãtia noťat:p quã hoíes aliqua dignitate antecedẽtes:cultu & honore dignamur. ℣ Et aĩus erga nos:gr̃a inuit̃ iuris naturalis pars i q̃ amicicíarꝝ & offõrꝝ alteri⁹ memoria & remunerãdi uolũtas cõtineť:tangit̃ & pietas:p quã ſanguine cõiunctis & p̃ſiæ beniuolis:offĩm & diligẽs tribuit̃ cultus:cũ dr̃ cõitas ac ſocietas uitæ. ℣ Ad nr̃as utilitates &c̃.ad gr̃am hoc ſpectat:decet.n.nos memores eẽ bñficiorꝝ alteri⁹ i nos:& igratitudine nullũ uitiũ deteſtabili⁹:beneficiũ ſi in bonos cõferť honeſtũ eſt:ſi in amicos laudabile:ſi i benemeritos de nobis neceſſariũ. ℣ Quæ ſi oía cõcurrãt:ſi hí oía i uno aliquo cui benefacere uelimus forte nõ fuerit:difficile enĩ eſt ſil'oía inueniri:ei benefaciẽdũ eſt in quo maior aut potior horum pars extiterit. ℣ Maioris.maior cã eſt:ut ſanguine cõiunctis benefacias:q̃ ut alienis:& patriæ beniuolis quam externis.

ASC. Tertiꝰ reſpect⁹ in liberalitate hñdꝰ PET. MAR.

ad quẽ cum Pompeius decedens: ex Syria Rhodum uenisset: eũq; salutasset ægrotãtẽ dixit se moleste ferre: qꝺ possidonius disputantem audire nõ posset. respondit Possidonius. Nõ cõmittã ut dolor corporis efficiat: ut frustra tãtus uir ad me uenerit: cũq; q̃si faces ei dolores admouerent: sæpe dixit. Nil agis dolor quãuis molestus sis: tñ nunq; te esse malũ cõfitebor. De quo Pli. lib. vii. ꝓbuere & Romani ꝓceres etiã exteris testimonia. Gneus Põpe. cõfecto Mitridatico bello intraturus Possidonii (sapiẽtiæ ꝓfessionẽ) clari domũ fores pcuti de more a lictore uetuit: & fasces lictorios ianuæ submisit: is cui se oriens occidenscq; submiserat. Fortitudo est mediocritas circa timores & fiducias. Fortis ꝓprie dr̃ qui circa honestã mortẽ: & ea oĩa q̃ repente eueniunt: atq; afferunt mortẽ interitus est: ut sunt ea q̃ in bello cõtingunt. Et patiꝫ oĩa fortis honestatis causa q̃ est finis uirtutis: & ꝓ dignitate ut ratio iubet: patitur & agit: aliqua tñ timẽda sunt (ingt Aristoteles) & nõ uiolaꝫ fortitudo: mõ honestũ sit ea timere: negligere aũt turpe: ut est infamia q̃ qui timet probus dr̃ & uerecũdus: qui uero nõ timet dr̃ ipudens: debem? timere pudicitiæ mulierꝫ nr̃arꝫ. Timẽda est inuidia &c. id genus: q̃ cũ negligunt de decus afferũt: & ea q̃ trãscendũt naturã humanã: ut fulmina inundationes: & similia: q̃ hõ spernere nõ põt: qm plus ꝑt q̃ hoies natura: ut terremotus: tẽpestates: uir fortis circa terribilia: & ea qdẽ maxima uersaꝫ. Nã nihil est tolerãtius malorũ uiro forti: & mors est ultimũ oĩum terribiliũ: nã aufert oẽ bonũ qd̃ est in uita: & illi fortes sunt: q̃ in subitis casib? nulla cõsolatione ꝑmissa agunt ꝑdara: qa uidẽtur hr̃e habitũ fortitudinis & esse naturaliter fortes & fortitudo qdem dolores affert: & iõ laudaꝫ: difficilius enim est (ingt Aristoteles) dolores perpeti quã uoluptatibus abstinere: Mors atq; uulnera forti uiro molesta sunt: fert tñ ꝓpter honestatẽ: dolet aũt & maxime q oĩ uirtute ꝑditus est: quia maxime dignus est uita: maximisq; bonis priuaꝫ: fortis est tñ & multo magis: qm̃ honestatẽ cæteris reb? anteponit: uñ illi sunt ꝑstãtissimi milites qui habent aliqd̃ uestigiũ ipsius fortitudinis sine aliis bonis: q̃ si haberent nõ ruerent in picula. Qui timẽdo exuperat: & cõfidendo deficit timidus dr̃ qui nõ timendo exuperat: dr̃ insanus uel stupidus: si nihil oĩno timet ut motus terræ: aquarum inundationes: & illa oĩa quæ timẽda sunt: cum superent naturam humanã: ut necesse sit ipsa timere. Ille qui confidendo exuperat audax est & imitatur in principio fortem: sed cum ad pericula uentum est: dat terga: & fit timidus. Fortis enim oĩa humana tolerat & confidit: qm̃ confidere est hoĩs bona sperantis: Timemus iure: ut dixi ea quæ terribilia sunt: & cum morte: quæ est in bello: nihil sit terribilius: & uirtus uersetur circa terribile: ac difficile fit: ut fortitudo ꝓprie in morte sit: quæ in prœlio est fitq; cum maximo periculo. ¶ Fortitudo: inquit Plato. efficit ne inter picula & terrores a iustitiæ tenore deuiemus: & fortitudinem: ut uolunt stoici sequũtur cõstantia atq; ualitudo: fortitudo inquit Seneca contemptrix timendorꝫ est terribilia & subiugum libertatẽ nostram mittentia despicit: prouocat: frangit: fortitudo: ut idem finit in rhetoricis est consideranda periculorum susceptio & laborꝫ perpessio: eius comites sunt Magnanimitas/Fidẽtia/Patiẽtia/& perseuerãtia. Fidentia est per quam magnis & honestis multũ ipse aĩus in se fiduciæ cum certa spe collocauit. Patientia est honestatis aut utilitatis causa rerum arduarꝫ ac difficilium uoluntaria & diuturna perpessio. Perseuerãtia est in rõne bene cõsiderata stabilis & ꝓpetua permansio. ¶ Genera quatuor: uirtutes & fontes officiorꝫ. ¶ E quib?: uirtutibus. s. actio honesta & officium. ¶ Manaret: oriretur tanq; e fontibus. ¶ Itaq;: igitur cum splendidissimum.

Nil agis dolor ait possidonius Plinius Fortis Aristo.

Aristo. Mors & uulnera forti uiro sunt molestia

Plato Seneca

Fidẽtia Patiẽtia Perseuerãtia

FRAN MAT. Fortitudo

NTelligendum est autem &c. Ad tertium fontem transit honestatis: qui est fortitudo: & quemadmodum officia ab ea deducantur ostendit: pulcherrimum autẽ uideri dicit qꝺ animo magno: & qui humanas res despiciat factum sit fortitudo circa timorem & audaciam mediocritas est. Fortis non timet quæ timenda nõ sunt. Cum uero quædam eiusmodi sint: ut ea metuere honestum sit & turpe non metuere: ueluti infamiã: quam qui timet uerecundus habetur: qui non timet impudens: non circa omnes timores per defectum peccatur: sed circa

ſed circa eos dumtaxat: qui excuſari non poſſunt: eodem modo non omnia audenda ſunt forti: neq; ſemper: & qualibet cauſa obiicere ſe morti debet. Et proprie fortis eſt qui ea quæ terribilia uidentur & ſunt ſubit: quia decor̃ ſit ita facere: & turpe non facere quicq; non ad oẽm mortem: ſed ad honeſtã tantũ ut pro ſalute patriæ: & ad oĩa quæ afferunt: interitus eſt: ut in bello: in quo pulchrum eſt mori: quod teſtant̃ honores a ciuitatibus: & regibus iis q in bello mortui ſunt: cõſtituti. Cum ſingula quæ agimus ad finem terminentur. Decori gr̃a fortis ſubit atq; agit fortitudinis opera: & ſic quæ oportet: & quando: & ut conuenit: & ubi conuenit: ſubſtinet: metuit atque audet. Laudabile eſt igitur res magnas appetere: humiles uero contẽnere: in periculis non frangi: dolorem æquo animo ferre: & gratia honeſtæ laudis adipiſcendæ: nulla cuiuſuis laboris magnitudine deterreri: hoc qui facit: & mirabilem in ſe amorẽ excitat multitudinis: & opera eius maxima ſplendidiſſimaq; habent̃: recte itaq; Cicero ait ſplendidiſſimum uideri: quod aio magno elatoq; humanaſq; res deſpiciente: factum ſit. ¶ Splendidiſſimum: clariſſimum & ualde honorificum. ¶ Animo magno: qui periculis etiã ſubitis & improuiſis non turbatur: qui mortem honeſtam ſubire non ueretur: qui laboribus non frangitur. Cic. honeſtam mortẽ laudat ꝓcipue

INtelligendum eſt ãt &c̃. Poſtq̃ de duob⁹ prioribus fontib⁹ officior̃ determinauit. ſ. de prudẽtia & iuſtitia. Incipit author determinare de tertio fonte. ſ. fortitudine & magnanimitate. ¶ Eſt aũt ordo. Aũt pro ſed intelligẽdũ eſt. i. ſcire & intelligere oportet cum. ſ. ita ſit: q; ſint quatuor genera cauſar̃: ex qbus honeſtas & officiũ manaret. i. efflueret & oriretur: ſint propoſita in diuiſione ſcilicet honeſti: ſupra poſita illud ſupple uideri ſplendidiſſimũ: quod factum ſit animo magno & elato: q; pro & deſpiciente. i. uilipendente res humanas. ASC.

elatoq; humanaſq; res deſpiciẽte factũ ſit. Itaq; in probris maxime in promptu eſt ſi qd tale dici poteſt. Vos etenim iuuenes aios geritis muliebres. Illa uirgo uiri:

CELAto: forti: & tanq̃ loco edito ſpernẽti ea quæ alii timent. ¶ Humanas res: oĩa quæ accidere homini poſſunt: quæ tũ non tranſcẽdunt uires humanas: fortis deſpicit & omnes res humanas: infimas: & caducas: & omnia tæla fortunæ paruifacit: ad omnis euẽtus tollerãdos erecto aio paratus. Nam magnanimitas: de qua poſt dicetur eſt ſciẽtia & uirtus quæ habitum facit celſiorem oĩbus quæ cõtingere poſſunt æqualiter bonor̃ & malor̃ ſit quod magno aio ſit. Vituperandi ſunt illi qui gerunt aios muliebres. ¶ In probris: cõtumeliis: & cũ uolumus aliquem uituperare dicimus illum habere aĩum muliebrem & timidũ: qm̃ ut dictum eſt: fortitudo proprie uiror̃ eſt: & qui eam non habent uiri non ſunt: ſed fœminæ: quod cum alicui poteſt dici: maximũ eſt dedecus. Probrum eſt dedecus & contumelia. ¶ Maxime: in primis. ¶ In prõptu: q̃d cito uenit in mẽtem: & pro maximo probro alicui obiicitur: ſed qd eiuſmodi dici poteſt. ¶ Tale: quale eſt hoc q̃d Ennius cecinit in dedecus iuuenũ romanor̃ qui magnitudine aĩ ſuperabãtur a uirgine. ¶ Vos etenim iuuenes: Carmen eſt Ennii: quo iuuenes romanos ignauiæ accuſabat: qui a Clelia uirgine: quæ obſes fuerat apud Porſennam ſuperabant̃. Illa enim ad ſuos tranauit. Vñ Romani ob id ſtatuã illi erexerunt equeſtrẽ in edito loco uiæ ſacræ. ¶ Muliebres: timidos & ignauos. i. Meticuloſi eſtis ut ſolent eſſe mulieres: quod a uiro alienum omnino eſſe debet: & apud Perſas (authore Herodoto) maxime probro dabat̃ audire ſe eſſe mulierem ignauiorem. Seneca dicit. Clelia equeſtri inſidens ſtatua in ſacra uiã celeberrimo loco exprobrat iuuenibus nr̃is puluinum aſcendentibus in ea illos urbe ſic ingredi: in qua etiam fœminas equo do nauibus. ¶ Illaq; uirgo. i. Clelia quæ contempto Porſenna & aquis ad ſuos nauit. ¶ Viri: ideſt illa uirgo eſt animo forti: ut debent eſſe uiri: habet inquit animos dignos uiro. PET. MAR. Probrũ Clelia ĩ ſidens eq̃ſtri ſtatua

CELATO: Laudis honeſtæ cupiditate inflãmato cũ & laboris magnitudinẽ & laudis amplitudinem ſibi proponit: & magis ad laudẽ accendit̃ q̃ a labore deterretur. ¶ Humanaſq; res reſpiciente: ut dolorẽ: inimicitias paupertatẽ: ægritudines: mortem oẽs enim humanas res uir fortis uirtute inferiores ducit. Et quicquid eſt quod neq; ab improbitate neq; ab eo prouenit. ¶ Itaq; in probris &c̃. ex ignauiæ uituperatione ſplendidiſſima eſſe quæ magno aio & elato fiant: oſtendit. Quoniam qui imbelles ſunt & timidi: ii reprehendi ſolent poetar̃ enim in homines ignauos dicta iactari in illo ſolent. ¶ In probris: in iurgiis uel uituperationibus. Vnde exprobrare uerbum quod eſt beneficia quæ ingrato conferas illi cõmemorare. ¶ In promptu: ac ſi dixiſſet in conſuetudine ſi quid tale dici poteſt quale eſt quod Ennius cecinit: in iuuenum Romanor̃ dedecus: quia a uirgine Clelia uincerentur. ¶ Vos etenim iuuenes &c̃. Ennii uerſus eſſe minime ambigendum. Nam Sex. Pompeius: Salamacis inquit Nympha cœli: & tertæ filia: fertur cauſa fontis Halicarnaſſi aquæ appellandæ fuiſſe ſalmacidis: quã qui bibiſſet: uitio impudicitiæ molleſceret ob eam rẽ q; eius aditus anguſtatus parietibus: occaſionem largitur iuuenibus petulantibus: pueror̃ puellarũq; uiolandar̃: quia nõ patet effugium: Inde Ennius ſalmaci das ſpolia ſine ſanguine: hæc Pompeius. Ergo Ennii carmen eſt: quo iuuenes arguit ignauiæ. Qui uelut ſpoliis hoſti detractis: erepta alicui uirgini gaudẽt̃ pudicitia: & id agunt quod maxime ipſis infamiæ maximoq; decori eſt: Sic itaq; inquit fontem alloquens o ſalmaci tu das ſpolia ſine labore qui fortes: & bene inſtitutos ſolet nutrire animos: & ſanguine: quem fortes uiri libenter effundunt. Salmaci da ſpolia ut non legamus ratio nos admonet: quæ ſic dici minime patitur: erit igitur ſalmaci uocandi caſus o ſalmaci tu das ſpolia ſine labore & ſanguine. ¶ Vos eni iuuenes: ſic Ennius accuſat ignauiæ iuuenes Romanos: qui a Clelia uirgine ſuperarentur: q̃ obſes apud perſonã: qui urbem obſidebat: tibrim ad ſuos fugiens tranauit: quare ſtatua equeſtris ei poſita eſt: in loco uiæ ſacræ celeberrimo: poteſt & ſic fortaſſe legi ſalmacidi ſpolia. ſ. da &c̃. hoc eſt quando in bellis es finito penitus te effœminari & a ſalmacide uinci: atq; in fontem deduci: cuius aquis perfuſus: non uirili tantum ſexu: ſed etiam muliebri fis. Salmacidis & Hermaphroditi fabulam lib. iiii. ſcribit Ouidius: ſed fons eſt halicarnaſſi: q̃ ciuitas erat cariæ: a Mauſolo rege cõdita: apud ædem ueneris & Mercurii: falſa autem opinione uenereo morbo implicare eos: qui ex eo biberint putatur: & hæc opinio cur diuulgata ſit: ratio hæc eſt. Non enim q; molles & impudici ex ea aqua fiant id poteſt eſſe. Sed eſt uis fontis & poteſtas perlucida ſapor q; egregius. Cum uero ab argiuis & Trezene deducta colonia: occupato loco. caras & lelegas eieciſſet. De colonis un⁹ ad eum fontem: propter bonitatem aquæ: quæſtus cauſa tabernam omnibus copiis inſtruxit: eamq; exercendo barbaros allectabat: qui fugati & inter ſe congregati latrocinia facientes: omnia uaſtabant: ita barbari pellecti in græcor̃ conſuetudinem: & ſuauitatem: ſua uoluntate reducti ſunt: ergo aqua non impudico morbi uitio: ſed humanitatis dulcedine mollitis animis barbarorum: eam famam eſt adepta: author Victruuius de architectura. Strabo lib. xiiii. Salmacis fons neſcio quamobrem calumniatus: tanq̃ emolliens eos qui inde bibãt: hominum enim mollicies uidetur ab aere uel aqua cauſam trahere: cum ea minime ſint cauſa mollitiei: ſed diuitiæ & uictus incontinentia. Salmacis fons Cui de ſalmace & hermo phrodito fabulã ſcribit. Victruuius Strabo

CITAQVE: Ideſt etiam ideo in promptu eſt: ideſt parabile eſt & facile inuentum eſt maxime ſi in probris: ideſt uituperiis & exprobrationibus poteſt dici tale quid: quale: ſcilicet ſequitur quod ex Ennio ſumptum eſt. ¶ Vos iuuenes geritis animos muliebres: ideſt effœminatos: & molles. ¶ Illaq; uirgo: ideſt femella iuuenis gerit ſupple animum uiri: & ita utrique peruertunt officium. ASC. Verſus ennii in effeminatos

PET. MAR. Sexti Pōpei dictum

ET SI Quid: eſt huiuſmodi cuiuſmodi eſt hoc qđ ſequit: in quo arbitror eſſe mendam: qm̄ ratio grāmatices nō patitur: ut ſalmacida ſpolia dicamus: eſt igitur ſalmaci caſus uocandi: & ut ita legam adducor authoritate Sex. Pompei in cuius uetuſtiſſimo codice in fine: ſcilicet. xyiii. lib. ſic legit. Salmacis noīe: nymphæ cœli: & terræ filia fert cauſa fontis Halicarnaſi aquæ appellandæ fuiſſe ſalmacidis: quā qui bibiſſet uitio impudicitiæ moleſceret ob eam rem qđ id eius aditus anguſtatus parietibus occaſionē largit inuenibus petulātibus pueroꝝ puellarūq; uiolandaꝝ: quia nō patet effugiū. In de Ennius ſalmaci das ſpolia ſanguine: hæc ſunt uerba Pōpei. Carmē eſt igit Ennii quo illoꝝ molitiē taxat: & ignauiā: q

Salmacis

ſpoliis adēptæ alicui pudicitiæ gaudent: & id exercent qđ ipſis notā luxus ifamiæ: atq; ignauiæ iurit. Inqt igit o ſalmaci tu das ſpolia parta ſine labore: q generoſos aīos: & a natura bene iſtitutos nutrit: & ſanguine: qđ eſt cōtra naturā uiri fortis: q in piculis uerſat erecto aīo: & pro decoro ſeruādo non parcit ſanguini. Salmacis fons eſt Cariæ regionis: de quo Strabo ait lib. xiiii. Salmacis fons neſcio q̄obrem calumniatus tanq̄ emolliens eos: qui inde bibant: hoīum enī mollicies uideť ab aere uel aqua cām trahere cū ea minime ſint cā molliciei: ſed diuitiæ & uictus incōtinentia. Salmacis nympha dr rapuiſſe Hermaphroditū & fuiſſe mollē: & ei⁹ aquā epotam molles effeciſſe: cū talia poſſunt alicui merito dici: maximū eſt probrū: cum aūt laudatur aliqs ob fortitudinem: præclariſſimum eſt: & pleno ore ſonandum: & affert exempla eoꝝ: qui pugnādo fortiter & pro patria occūbentes rhetoꝝ præconis celebrati ſunt: poſſumus etiā ſpolia parta ſine labore ſalmacia appellare: & Salmacias baias dixit Martialis: ex formulis grāmatices nō dr ſalmacidus: ſed ſalmacius. ¶ Cōtra: ex alia parte cū aliquē laudam⁹ ob fortitudinem. ¶ In laudibus: cū aliquē laudamus. ¶ Blato: humana ſpernente: qđ eſt ꝓprium magnanimi. ¶ Fortiter: contra illud: qđ dixit in probris geritis aīum muliebrē. ¶ Excellēter: contra illud: ſine ſudore & ſanguine. ¶ Ea: quæ tali animo geſta ſunt: nā geſta ꝓprie dicunť in rebus grauioribus. ¶ Neſcio qīo: ideſt modo quodā migratiſſima laus eoꝝ factoꝝ habetur: quæ ſuſcepta uidentur a uiris fortibus cū labore ac periculo ipſoꝝ hæc habent uberrimā copiam ad laudādū: q̄ dici ornatiſſime poſſunt & audiri facillime. ¶ Hinc: ex hoc qm̄ ſumma eſt laus fortitudinis q̄ in bello ſe pro patria & honeſtate oſtentat. Ex hac igit fortitudinis laude. ¶ Cāpus: materia ingens ꝓpoſita ad dicēdū ipſis oratorib⁹ eſt in laudem fortiū uiroꝝ. Plato in epitaphio ſic ait. Videť apud plurimas gētes prædaꝝ eſſe in bello mori. Etenim qui ſic e uita migrat funere honeſtať & ſepulchro: & ſiue pauper qs ita decedat laudatione nō caret ex hoc intueri licet quanta illoꝝ uirtus fuerit qui in marathone barbaroꝝ īpetum ſuſtinuerunt: eorūq; ſupbiam domuerunt primi ſane de barbaris triū pharunt: & exēplo reliqs oñderunt periaꝝ uim haud inexpugnabilē eſſe. Secūdam palmā his tribuimus: qui ad ſalamina pugnauerunt. Tertiū bellū affero qđ in plateis geſtū eſt ſalutis græciæ cā cōe uero id athenienſibus & lacedæmoniis facinus fuit. ¶ De marathone: de laudib⁹ eoꝝ qui fortiter pugnauerūt in cāpis marathonis. Nā q in illa pugna occubuerūt quotānis laudabāť. Et extat oro Lyſiæ ī laudē eoꝝ: q ceciderūt ad Marathonē. Orator eſt q cās orat: uel i iudiciis: uł i concionib⁹. Rhetor eſt q artē docet orandi. Cicero hic more græcoꝝ locutus eſt: q rhetorē pro utroq; accipiunt. Declamator eſt: q ſtudens apud rhetorē in cōuentu ſcholaſticoꝝ fictā cām orat: ut poſtea in ueris cauſis orare poſſit: & ex umbra in ſolē puluerēq; ꝓdire. Marathon cāpus in Attica regione dñatus a Marathone heroe ubi Miltiades dux Athenienſiū Perſas uicit Arthaphrene & dati & ducib⁹ Darii celis hoſtiū ducētis millibus peditū: & decē millib⁹ equitū: ut q dā uolūt. Herodo. aūt li. vi. dicit apud Marathonē occubuiſſe Perſaꝝ circiter ſex milia trecētos. Athenienſiū uero cētum & xci. Darius rex Perſaꝝ itulit bellū Athenienſibus ægre fereus ab illis cōtra ſe Ionas adiutos eē: quos nauali ꝓlio ſuperauerat. Itaq; athenienſes nō expectato auxilio lacedæmonioꝝ: q ſocii erāt: & ſe plenilunii religiōe ipediri dicebāt: qm̄ plena luna q̄tuor dieb⁹ putabāt nephas eē emittere exercitū: inſtructis decē milib⁹ ciuiū & mille ex his q ex plateis uenerāt adūſus tot miliū hoſtiū ī cāpis Marathōis duce Miltiade pugnauerūt: quē tāta fiducia cœpat: ut authore Trogo: & plus eē ꝓſidii i celeritate q̄ i ſociis lacædemōiis duceret: pugnatū eē tāta uirtute: ut hīc uiros: ide pecudes putares: Victi Perſe i naues ꝼugerūt: ex qb⁹ multæ ſubmerſæ: mltæ captæ ſunt. In eo ꝓlio tāta uirt⁹ ſinguloꝝ enituit: ut c⁹ laus ꝓma eēt difficile iudiciū uideret: & maxie Callimachi: & Cynegyri militis: & Themiſtoclis adoleſcētis. In quo iā tē idoles futuræ ipatoriæ dignitatis appuit: Cynegyrus Euphoriōis filiꝰ dū ſūmā puppī apphēdit: abſciſſa manu bipēni cecidit. ¶ Salamie. Apd Salaminē iſulā q̄ ē otra atticā. Xerxes Darii filiꝰ uict⁹ fuit ab Athenienſib⁹ pugna nauali duce Themiſtocle. ET Sine ſudore: ſine certamine. ¶ Cōtraq; i laudibus: ſicut ignauos rephēdimus: ſic ſtrēnuos & fortes pleno ore laudamus: enumerat aūt multa tū a græcis: tū a nr̄is fortiter geſta: q clari oratores copioſiore oſone extulerūt. ¶ Hinc rhetoꝝ campus &c. Q īn oēs athenienſiū oratores: q dicēdo aliqd potuerunt: pugnā marathoniā. Salaminiā: plateaꝝ. Thermopylaꝝ. Leutraꝝ. Stratocliſq; copioſa & ſonanti oſone deſcripſerūt: res magno & elato aīo geſtas admirati. ¶ De Marathone. Darius rex perſaꝝ claſſem qngētariū nauiū cōparauit: eiq;. Datim & Arthapherne ꝓfecit. Quibus peditū ducenta milia: eqtū decē milia dedit: ii ad atticā acceſſerūt: & copias ad Marathona cāpū deduxerūt: is abeſt ab oppido millia paſſuū circiter decē petitū a Lacedæmonis ſociatū ciuitate auxiliū. Domi āt decē ꝓtores creauit: q exercitui ꝓeſſent. Quorū un⁹ fuit Miltiades dux belli: & author: egreſſi eū decē milib⁹ ciuiū: & auxiliariis plateēſib⁹ mille magna alacritate: ac fiducia: pugnā inferūt: & ſubito tot milia hoſtiū ꝓfligrarūt: adeoq; pterruerūt: ut pſæ nō caſtra peterēt: ſed uicti i naues cōfugerēt: authores Probus Æmyli⁹: & Trog⁹: de pugna marathonia loqť Herodot⁹ i erato. ¶ Salamie: apd hāc iſulā. Xerſis pſaꝝ regis claſſis mille & ducētaꝝ nauiū lōgaꝝ: quā duo milia onerariaꝝ ſeq̄bāť: a Themiſtocle atheniēſiū duce ſupata ē: & uni⁹ uiri prudētia græcia libata. Europæq; ſuccubuit aſia. Victoria āt illa marathōiæ oferri potuit. Q m ut apd marathonē pua māu militū: igētes Darii copiæ ꝓfligatæ ſūt. Sic apd Salaminā puo nauiū nūeꝝ maxia: poſt hoium memoriā: claſſis deuicta eſt: ꝓxima atticæ iſula eſt Salamis ſtadiis. lxx. uel. lxxx. ī lōgū porrecta: & ad auſtrū obuerſa.

Plato Orator Rhetor Declamator Marathon Herodot⁹ de bello darii regis pſaꝝ q̄ q itulit bellū atheniēſib⁹ q ionas adiuuerāt contra ipſum. ſalamie FRANMAT. Marathō Salan⁹ Themiſtocles atheniēſiū dux ASC.

Geſta

& ſi qđ eiuſmodi Salmacida ſpolia ſine ſudore & ſāguine. Cōtraq; ī laudib⁹ q̄ magno aīo & elato fortiter excellēterq; geſta ſunt ea neſcio qīo quaſi pleno ore laudam⁹. Hinc rhetorum cāpus de marathone: ſalamine:

ET Si qđ ſup. eſt eiuſmodi quale. ſ. eſt hoc Salmaci &c. Ordo eſt. Tu das ſpolia Salmaci. i. illi fonti eminēti ī caria ſine ſanguine & ſudore hoc ē tu finis te ab illo fonte q uiros in ſemiuiros uertit uinci ſine luctamine: & ita eēt datiui caſus ſine cremēto: nec obſtat quātitas ſyllabæ ultimæ: qa ſæpe corripiť ēt in datiuo: ut apud Sta. in Achil. Palladi littore celebrabat ſcyros honoꝝ forte diē. Fœcūdior tī & approbatior eſt ſnia: ut ſit uocatiui caſus hoc ordine. ¶ O ſalmaci. i. o tu mollis ut ſalmacis nympha: tu das ſpolia. i. ſinis te ſpoliari ſine ſanguine: & ſudore. i. ſine reluctamine. ¶ Cōtraq;. i. & cōtra. i. ecōtrario ſicut molles & muliebres rephēdimus: ita nos laudamus quaſi pleno ore. i. ſine fortitudine de repheſione formare uerba neſcio qīo: ideſt qualiter ſup. id contingat ea q̄ ſunt geſta magno & elato aīo fortiter & excellēter. ¶ Hinc. i. ex hac re: & campus. i. ampla & capax materia rhetoꝝ. i. eoꝝ qui declamationes proponūt. ¶ De Marathone cāpo. ſ. in quo athenienſes contra Xerſem fortiter pugnarunt: de ſalamina inſula. ſ. in qua iidem eundem uicerunt.

¶ Plateis;

CPLAteis:plateæ oppidum boetiæ ubi Pausanias & Aristides ꝓfligauerunt Mardoniũ Xersis ducem: qui ueluti & naufragio cum paucis effugit:castra referta regalis opulẽtiæ capta sunt. Inde primũ græcos diuiso inter se auro persico: diuitiaꝝ luxuria cœpit pri⁹.n.negligebãt. Iõ Demarathus Xerxi dixit. Græcia semp fuit alũna pauptatis hospes uirtutis:quã a sapia asciuit:& a reuera disciplina:hãc usurpans græcia & pauptatẽ tueť & dñatũ:uictoriã ad plateas sibi uẽdicabat pausanias tripode aureo inscripto & Apollini dicato. Mardonius erat Xersis cõsobrin⁹ Gobris sororis Darii filio ab Arinesto spartiata occisus est saxo adacto i caput ut Plu.scripsit i uita. Aristidis. Pausanias lacedæmonio fuit Cleombroti filius Aristides Athenien sis.

PET. MAR. Græcia pauptatis alũna & uirtutis hospes dixit Demarat⁹ ad xerxẽ

plateis:thermopylis:leuctris:Stratocle.Hic decii.Hic gn.& Pub.

℣ Thermopylis: Thermopylæ sũt locus angustus & fauces ad oetã mõtem Thessaliæ a qbus angustiis & faucibus pylaꝝ.i.portaꝝ nomẽ assumpsit. Iuxta quas sunt aquæ calidæ:uñ Thermopylæ dñr.i.thermaꝝ portæ:aquæ illæ dicatæ erãt Herculi. Liui⁹ lib.vii.decadis belli macedonici sic scribit. Id iugũ sicut apẽnini dorso italia diuidit:ita mediã græciã diuidit a leucade:& mari ad occidẽtẽ ad alteꝝ mare oriẽti obiectum tendit extremos ad oriẽtẽ mõtes oetã uocant. In cuius ualle interest nõ latius q̃.ly.passus:hæc una uia militaris est qua traduci exercitus si non ꝓhibeañ possint. Ideo pylæ & ab aliis quia calidæ aquæ in ipsis faucibus sunt. Thermopylæ locus appellat. Nobilis lacedæmoniorꝝ aduersus Persas morte magis memorabili q̃ pugna. Sunt ibi inqt Herodo. calida lauacra:q̃ ollas uocant indignæ:ad os ingressus ædificatus est a phocẽsibus murus metu thessalorꝝ:sup quẽ olim pylæ.i.portæ erant. Vbi Leonidas dux lacedæmoniorꝝ Anazandride filius.ccc.lacedæmoniis castra qngentorꝝ milium persarꝝ noctu inuasit:pugnatũ est ardẽter a prĩcipio noctis usq; ad magnã partẽ diei:ad postremũ nõ uicti:sed uincẽdo fatigati inter ingentes occisorꝝ cateruas. nam.xx.milia barbarorꝝ illic ceciderunt:fortissime mortem opetiere:quibus postea erecta fuerunt sepulchra cum titulis. In.ii. Tusculã. dicit. Sed qd duces & prĩcipes noiem:cum legiones scribat Cato sæpe alacres in eum ꝓfectus locum unde redituras se non arbitrarenť:pari aio lacedæmonii in Thermopylis occiderunt:de quibus hæc Simonides scripsit. Dic hospes spartæ nos te hic uidisse iacẽtes. Dum sanctis patriæ legibus obsequimur. Quid ille dux Leonidas dixit pergite aio forti lacedæmonii:hodie apud inferos forte cœnabimus. Seneca dicit Leonidas cõmilitones sic allocutus est:prandete tanq̃ apud inferos cœnaturi: Cum lacedæmonii illas custodirent angustias:qdam hostis in colloquio dixit solem ꝑ multitudine iaculorꝝ & sagittarꝝ non uidebitis. Respondit Dieneces Lacedæmonius:ergo sub umbra pugnabimus. ℣ Leuctris:leuctra oppidũ boetiæ:ubi Epaminũdas theban⁹ lacedæmonios uicit:adeoq; attriuit:ut postea ĩperiũ recupare nõ potuerint. De quo sic scribit Trogus li.v. Fuit ãt ĩcertũ uir melior an dux esset. Nã & ĩperiũ nõ sibi sed prĩæ semp q̃siuit:& pecuniæ adeo cõtẽptor fuit ut sumptus funeri defuerit gloriæ quoq; nõ cupidior q̃ pecuniæ qppe recusanti oĩa ĩperia ĩgesta sunt honoresq; ita gessit:ut nõ accipe ornamẽtũ:sed dare ipsi dignitati uideret. Iã lr̃aꝝ studiũ iam philiæ doctrina tãta fuit:ut admirabile uideret:uñ tã insignis militiæ sciẽtia hoi inesset iter lr̃as nato. Negꝝ ab hoc uitæ ꝓposito rõ mortis dissensit:nã ut relatus in castra semianimis uocẽ spũmq; collegit:id unũ circũstãtib⁹ regiuit:Nũ cadẽti sibi scutũ ademisset hostis:q̃ ut seruatũ audiuit:allatũq; uelut laboꝝ gloriæq; sociũ deosculatus est iteꝝ q̃siuit:utri uicissent:ut audiuit thebanos uicisse bene hr̃e rẽ dixit:atq; ita ueluti gratulabũdus prĩæ expirauit. In.ii. Tusculana. scribit. C. Nũ ingemuisse Epaminũdã putas:cũ una cũ sanguine uitã effluere sentiret. Imperantẽ.n.prĩã lacedæmoniis relinquebat:quã accepat seruiẽtem:sed hoc fuit in alia pugna apud Mãtineã:nõ i hac pugna leuctrica. Stratocles Atheniẽsiũ dux:authore Æschine:pugnauit ad cheroneã urbẽ boetiæ ꝑ Philippo rege cum libertate græciæ. Strabo.li.ix. loquens de cheronea dicit ubi Philippus magno ꝑlio uictis athenienses & boetiis & corinthiis græciã suo subiugauit impio.. Illic eoꝝ q̃ in pugna ceciderẽ publicũ sepulchrũ oñdit. Horꝝ fortitudinẽ his uerbis celebrat Trogus li.x. Non tũ sui ĩmemores pristinæ gloriæ ceciderũt:atheniẽses q̃ppe aduersis uulneribus oẽs loca quæ tuẽda a ducib⁹ acceperãt:moriẽtes corporibus texerũt. Verba æschinis hæc sunt. Terrestris uero rei si uera fateri uolumus oẽm prĩcipatũ thebanis cõcessit:ut nec facultatẽ habuerit Srratodes dux nr̃ de salute militũ ex sua sñia prouidẽdi. Plato in epitaphio sic ait:eos laudare par est:q ꝑ salute uiuẽtiũ offerre se morti nõ dubitarunt. ℣ Hinc Decii:hacten⁹ de græcis:nũc de nr̃is exẽpla ponit. Decii se ꝑ prĩa magno aio deuouerunt li.i. de diuinatione loquens de Decio prĩe ait. Post triẽniũ ãt cũ cõsul esset deuouit se:& in aciẽ latinorꝝ irrupit armatus:quo eius facto supati sunt & deleti latini:cuius mors ita glorioſa fuit ut eãdẽ cõcupisceret fili⁹. Nã in bello hetrusco ẽt se deuouit in.iiii. cõsulatu collega Fabii Maximi. Nota est historia apud Liuiũ. ℣ Gneus & Pub. Scipiones fratres fuerũt in secũdo bello punico Hãnibale italiã lacerãte: in Hispania occiderũt. Publi⁹ in acie hasta trãsfixus:q̃ fuit prĩ Africani maioris. Gneus in q̃dã turri obsessus.xxviii. die post mortẽ frr̃is iterfectus:ex quorꝝ morte & Romæ & in Hispania luct⁹ fuit. Duo fulmina belli appellabañ ab Ennio. In paradoxis ait. Quæ uis patrẽ Decii:q̃ filiũ deuotauit ac ĩmisit in armatas hostiũ copias:qd duo ꝓpugnacula belli punici Gneus &. P. Scipiones:q̃ carthaginẽsiũ aduẽtũ corpibus suis iter eludẽdũ cẽsuerunt: Hinc ex hac fortitudinis laude excelluerunt:& celebrati sunt illi q̃ ceciderunt ad Marathonẽ. Salamina:plateas. Thermopylas & in pugna leuctrica excelluerũt:ẽt magnitudie ai celebratiq; sunt Decii:qñ magno aio & elato sese morti obiecerũt:& duo fulmina belli.

Plateæ urbs. Thermopylæ Xerxes

Leutra

Strato cles.

Decii duo

CPLAteis:boetiæ urbs fuit plateæ:apud quã Mardonius satrapes Xerxis regis:& gener:natione medus & manu fortis:& consilii plenus:a pausania & aristide lacedæmoniorꝝ ducibus:cum ducentis milibus peditum:&.xx.milibus equitum:superatus cũ paucis aufugit. ℣ Thermopylis:ad exitũ oetæ mõtis Thermopylæ sunt:& ad erumpẽtem peneum: de quibus cũ alii:tum Herodotus multa:illic oetæ cacumen attollitur:& in rupes acutas præruptas:præcipitesq; finitur: paruumq; & angustũ uiatoribus:a littore locyos petentibus:& ex thessalia uenientibus:derelinquit trãsitum:pylas.i. portas & angustias uocatum:atq; thermopylas:qñ ꝓpe sunt thermæ:hoc est aquæ calidæ:herculi cõsecratæ:has angustias Leonidas spartanorꝝ rex:cũ quatuor milibus armatorꝝ occupauit:ut Xerxi:qui decies cẽtena milia militũ ducebat trãsitũ negaret. Quatuor diebus cõtra tot hostiũ copias pugnatũ a paucis est:cũq; a.xx.milibus hostiũ summũ montis cacumen teneri. Leonidæ nũciatũ esset:socios dimisit. Soli lacedæmonii remãsere:fuere aũt oino sexcẽti:ii castra quingẽtorꝝ milium cũ rege suo irruperunt:prœliũ a principio noctis in maiorẽ diei partẽ protraxerunt:& oẽs tandẽ:cũ multas cedes edidissent:non uicti:sed uincendo fatigati:inter ingentes stratorꝝ hostiũ cateruas occiderũt. ℣ Leuctris. Leuctra in boetia sunt uicina plateis & thespiis:hoc in loco:ingẽti ꝑlio supati sunt ab Epaminũda thebanorꝝ duce lacedæmonii: & nõ solũ thebæ ab interritu retractæ:sed uniuersa græcia in libertatẽ uẽdicata est:ipsi aũt Lacedæmonii græciæ principatũ quẽ adepti fuerat:amiserunt:& recuperare postea nunq̃ potuerunt. ℣ Stratocle:amissa classe & exercitu atheniensis:atq; a lacedæmoniis obsessi:cum lõgã famẽ tolerare nõ possent:pacẽ petierunt. Quæ sub certis cõditionibus data ẽ: iidẽ.xxx.rectores reip.suę cõstituerunt. Qui tyrãni facti sunt:cũ iis cõmissum est ꝑliũ:& desertis:suis fugiẽtibus: omnes a Stratocle sunt capti:sed nõ multo post suis redeũtibus oẽs liberati. ℣ Hinc Decii:prĩ & filius:q̃ ꝓ uictoria & salute exercitus se deuouerunt:prĩ cõsul cũ. T. Mãlio Torquato bello latino. Filius. Q. Fabii collega bello gallico. author Liuius

Plato Decius prĩ.q.fa. max. Cn.& Pub.scipiones

FRAN MAT.

Scipiones duo M. marcellus

lib. yiii. &. x. ab urbe condita: illic deuotionis ritum & uerba inuenies. Gn. & Pu. Sci. Secundo bello punico. Gn. & Pu. Scip. fratres in Hispaniam missi Hasdrubalem uicerunt: & Hispaniam suam fecerunt. multa & præclara contra carthaginenses facinora gesserunt. Sed tristem tandem exitum tulerunt a Magone carthaginensium duce: cum totis prope exercitibus cesi: anno. yiii. post q̄ in Hispaniam uenerant.

ASC. ¶ DE PLAteis oppido boetiæ ubi Pausanias & Aristides uicerunt eundem Xerxem regem persarum. De Thermopylis loco i angustus thessaliæ: ubi lacedæmonii a persis occisi sunt. ¶ De leuctris oppido boetiæ ubi Epaminūdas thebanus lacedæmonios uicit. De Stratocle illo athenarꝫ duce fortiter pugnare solito. ¶ Hinc. ex hac re: quia magnanimi laudari consueuerunt: Decii sup. excellāt magnitudinem animi: quia duo decii pater & filius diuersis præliis: & temporibus pro salute exercitus & per consequens totius reip. romanorꝫ se deuouerunt. i. cum uoto adduxerant morti. ¶ Hic Gneus & Pub. Scipiones quorꝫ alter carthaginem tributariam fecit: alter deleuit sup. excellunt &c̄.

PET. MAR. Quō fuit expugnatū Mediolanum

¶ SCipiones. M. Marcellus qui occiso uiri Domaro duce isubrū apud Clastidiū tertia opima spolia Ioui feretrio rettulit: ut Romul⁹ istituerat: ceso acrone duce cecinēsiū: secūda rettulit Cornelius cossus Ceso Larte colūnio. Collegā hēbat Marcel. Scipionē: & cū iprudēs in manus Gallorꝫ icidisset: oiaq; isesta uidisset: nec euadēdi spes dareť i medios hostes erecto aio irrupit qb⁹ inopinata audacia pcussis: ducem eorꝫ occidit: atq; inde ubi spes salutis nō fuerat: opima spolia rettulit: & Mediolanum cū collega expugnauit.

Scipiones. Hinc Marcus Marcellus ínumerabiles alii maximeq; ipse populus Romanus animi magnitudine excellit. Declaratur autem studium bellicæ gloriæ q̄ statuas quoq; uidemus ornatu fere militari.

Marcellus

¶ Marcellus prim⁹ Romani nois Hānibalē pluribus uictoriis elatū: & italiā deuastātē apud Nollā fugere coegit. Syracusas urbē Siciliæ clarissimā expugnauit. Inde in Apulia ꝑpe Canusiū in quodā colle insidiis circūuētus cecidit: c⁹ mors Hānibali maxīo gaudio fuit. De morte Marcelli & uulnere Crispini collegę: q euasit. & filio Marcello dixi abūde in cōmētariis Sylli. Marcellus a Marte cognominatus est q̄si martellus. ¶ Innumerabiles alii romani. s. duces & clarissimi imperatores ac fortitudinis p̄conio digni quorꝫ tāta copia apud Romāos fuit: ut numerari uix possent. Maxīe añ oīs alios ppl'os & nationes. Romani. n. fortitudine & magnitudine aī oīs gētes superāt: q̄d exitus docuit fortiter q̄ppe pugnādo maximā orbis ptē legib⁹ suis pere coegerūt: & militia dicebať ars romana: & agere ac pati fortia Romanorꝫ erat: i reb⁹ aduersis aios nunq̄ demittebāt: imo ipsi erigebanť: & ad decorē p̄stādū ꝓmptissimi erant. Vñ Hānibal cū uidisset romanos cesos apud trāsimētū seruātes adhuc i morte ferociā: & hastas tenētes & enses. Quas mortes inqt: p̄mit oīs dextera ferrū. Armatusq; iacet seruans certamina miles. Hos en hos obitus nr̄æ spectate cohortes. Frōte minæ durāt & stanti uultibus iræ. & uereor ne q̄ tāta creat idole tellus. Magnanimos fœcūda uiros huic fata dicarint i periū: atq; ipsis deuincant cælibus orbē. Et pyrrhus Leuino cōsule supato cū stragē recēseret: uidens romanos aduerso uulnere: & truci uultu ēt mortuos iacere sublatis ad cælū manib⁹ dixit: se toti⁹ orbis dñm eē potuisse: si tales sibi milites cōtigissent: & Syllius alloquēs Romā post pugnā ad cānas mœstā: & q̄si desperātē dicit. Tuq; anxia fati. Pone p̄cor lachrymas & adora uulnera laudes ꝓpetua peritura tibi: nā tpe Roma nullo maior eris: mox sichī e secundis. Vt sola cladū tuearis noia fama.

¶ Excellit: illustrior est cæteris gentibus. ¶ Animi magnitudine: aio elato humanasq; res: & oīa terribilia despiciente. ¶ Declarať aūt studiū: hoc argumēta inqt oñdit romanos bellica laude claruisse: q̄n oēs fere statuæ: q̄ fuerant erectæ i p̄miū uirtutis: sunt in hītu militari. Vñ appet maxia laude dignos eē q forti aio & magno res agūt p̄claras: qa statuæ nō eriguntť fere nisi illis q bellicā laudē meruerint. ¶ Studiū: īmēsa uolūtas bellicæ gloriæ: quā Rōani appetebāt: tāq̄ sūma laude ueraq; dignissimā: q̄n uirorꝫ ē fortitudo. ¶ Ornatu mi. hītu. q. d. uide quā fuerit i p̄cio glia bellica: q̄ ex hac fortitudine & magnanimitate ꝓcedit: q̄d statuæ uidenť in hītu militari fere oēs: ut pauci uideanť meruisse statuas ob altā uirtutē q̄ fortitudinē. Eodē accedunt honores: inqt Arist. i ethi. q cū a regib⁹: tū a ciuitatib⁹ sunt īstituti. Togata effigie iqt Pli. li. xxxiii. antiqt⁹ statuæ erigebanť: placuere: & nudæ tenētes hastā ab epheborꝫ gīnicis exēplarib⁹: q̄ achileas uocāt: græca res ē nihil uelare: ac ecōtra rōana ac militaris toracas addere: cæsar qdē dictator loricatā sibi dicati i foro suo passus ē.

Aristo. Plinius

FRANMAT. ¶ HINC. M. Marcel. hic ducem gallorꝫ Briomatum singulari certamine superauit: & Syracusas expugnauit quinq; consulatus gessit. prætor Hannibalis exercitum ad Nolam: ubi obsidebať: facta eruptione prælio fudit: primusq; oium: tot cladibus fessis romanis: meliorem spem belli dedit: insidiis tandem Hannibalis circūuentus interiit. ¶ Ipse populus romanus. Quo nullus unq̄ bellicosior: & tolerantior laboris gloriæq; cupidior fuit. ¶ Declaratur aūt &c̄. Quantum romanis rei bellicæ studium fuerit: in quo præcipue animi magnitudo ostenditur: statuis dicit declarari: quæ apud eos ferme omnes habitu fuerunt militari: id etiam nunc studiosis antiquitatis licet cognoscere.

ASC. ¶ HINC. M. Marcellus. qui tertia opima spolia Ioui feretrio rettulit: hic sup. innumerabiles alii & maxime ipse po. ro. ¶ Autem pro sed studiū: bellicæ gloriæ. i. uehemens animi applicatio: declaratur in romanis q̄. i. qa nos uidemus q̄. i. etiam statuas in publico. s. egregii uiris erectas: fere. i. quasi ornatu militari. i. quo milites ornari solent & debent.

PET. MAR.



Ed ea aī elatio. Posita fortitudinis cōmēdatione: ponit eā aī elationē: q̄ in uitio est: nec p̄ōt dici uera fortitudo: sed q̄dā audacia & īmanitas. Vñ opus est fortē hr̄e alś uirtutes. ¶ Aī el. magnanimitas in piculis subeūdis & laborib⁹. ¶ Si uacat: si ē sine iustitia. ¶ Nō p cōi sa. ad utilitatē reip. sed p puatis utilitatib⁹: ut fecit Cæsar cui adimit fortitudinis laudē: q̄n nō ad cōem utilitatē: sed ad suā fuit fortis & magnanimus. ¶ In ui. est: non meretur laudem uere fortitudinis: sed uitio ascribitur non uirtuti: q̄n est contra iustitiam. Fortitudo inquit Ambro. est uelut excelsior cæteris: sed nunq̄ incōmitata uirtus.

De animi elatione quæ uitio datur: & audacia potest appellari.



Ed ea animi elatio quæ cernitur in periculis & laboribus si iustitia uacat pugnatq; non p salute cōi: sed pro suis cōmodis in uitio est.

ambro.

FRANMAT. SEd ea aī &c̄. Laudari q̄ magno aio gesta sunt īqt solere. Et mlta eiusmodi: tū græcorꝫ tū latinorꝫ cōmemorauit. Sed ne qs fortasse decipiať: nō oīa q̄ fortiter gerunť laudē mereri dic̄. Et q absq; rōne pícula & res arduas aggrediūť: & cōtra iustitiā: nō p cōi utilitate: sed p cōmodis ꝓpriis pugnāt: fortitudinis nomē mereri nō posse. Multi āt sunt: q cū reuera nō sint fortis uidenť: ut q p irā ceu hostiæ ī pcussores ferunť: ut q dolorē pícula adeūt. Qui. n. p hæc agūt pugnaces sunt nō fortes: nō. n. p decoro: neq; cū rōne sed pturbatiōe aī agūt aliqd: tñ hñte sile fortib⁹? Nec ēt q pp fiduciā sui audēt fortes sunt. Nā cōsuetudine uicēdi fiduciā in piculis suscepunt. In quo tñ fortib⁹ sil'es sunt q utriq; pícula cōtinere. Sed ī hoc differūt q fortes: q̄n optet: ut oportet & in qb⁹ q̄tū q; oportet: illi uero q supiores se fore sperant: nec sibi

resisti

Aríst. si qs iusti/tia ua/cat non ẽ fortis. ASC.

resiſti poſſe. Sed ebrii quoq; tale aliqd faciũt: cũ uero adſunt ꝑicula fugiũt. Viri ãt fortis eſt: ut añ dixim⁹: q̃ hoĩb⁹ terribi lia uidenť & ſunt ea ſubire: ga decoꝝ ſit ita facere: & turpe nõ facere. ℣ Si iuſtitia uacat nõ ẽ fortis: ut ait Ariſto. q ꝑ ſuis cõmodis: ſed q cõis utilitatis cã ꝑicula aggrediť: & q auri aut dñandi cupiditate rapiť: furẽti ſimilior eſt q̃ forti: ſic. n. & fe re uulnerib⁹ acceptis: aut ĩpellẽte fame: in paſtores caneſq; ferunť. Hic illud ẽ poetæ. Sic aĩs iuuenũ furor addit⁹. Inde lupi ceu Raptores atra ĩ nebula: quos ĩproba uẽtris: exegit cæcos rabies. Catuliq; relicti: faucibus expectant ſiccis.

SEd ea aĩ elatio &c̃. Docet moderamẽ eẽ ſeruãdũ in elatiõe. i. extollẽtia aĩ. Ordo eſt. Sed ea elatio. i. extollẽtia & erectio atq; exaltatio aĩ quę cernit in ꝑiculis & laboribus: ſi uacat. i. uacua eſt & caret iuſtitia: q; ꝑ & ſi ſup. pugnat nõ ꝑ cõi ſalute: ſed ꝑ ſuis cõmodis. i. ſingulari utilitate aut cupiditate gloriæ: eſt in uitio. i. uituperanda.

Nõ. n. mõ id uirtutis nõ ẽ: ſed potius ĩmanitatis oẽm hũanitatẽ repellẽt. Itaq; ꝑbe diffinit̃ a ſtoicis fortitudo: cũ eã uirtutẽ eẽ dñt pugnãtẽ ꝑ ætate. Quocirca nemo q fortitudinis gloriã cõſecutus eſt ĩſidiis & malitia laudẽ eſt adeptus. nihil. n. honeſtũ eẽ põt qđ iuſtitia uacat. Præclarũ igitur platonis illud: nõ ſolũ inquit ſcia q̃ eſt remota a iuſtitia calliditatis potius q̃ ſapia ẽ appellanda. ueꝝ ẽt aĩus paratus ad periculũ ſi ſua cupiditate: nõ utilitate cõi ĩpelliť: audaciæ potius nomen habeat: q̃ fortitudinis. Itaq; uiros fortes magnanimos eoſdẽ bonos & ſimplicis ueritatis amicos: minimeq; fallaces eẽ uolumus: quæ ſunt ex media laude iuſtitiæ.

PET. MAR.

Aríſto. príncipiũ ẽ plus q̃ dimidi/um to/tius.

Fortitu dis diſ/finitio.

Audaꝛ/cia Seneca Ariſto.

ambro.

FRAN MAT.

Plato

Nulla ẽ uirtus abſq; otrario ASC.

Fortitu dis de/ſcriptio ſecũdũ ſtoicos. Dictũ Platõis

CNON. n. ꝑbat id qđ dixit. Id pugnæ: ꝑ ſuis cõ/modis ut fecerat Cæſar. ℣ Nõ eſt uir. nõ ꝑtinet ad uirtutẽ. ℣ Immanitatis: feritatis & fæuitiæ. Nã ruit inuetitũ aĩus elat⁹: ſi nõ aľs hẽt uirtutes & maxime iuſtitiã & ut oñdat ueꝝ id eẽ qđ dixit: affert diffini tionẽ ſtoicoꝝ de ipa fortitudine: ipſa. n. diffõ decla rat q̃ uis uerbo ſubiiciať. Iõ Ariſt. ut dcm̃ eſt primo moraliũ dic̃: enitẽdũ eſt ãt ſingula ptractare: ut ſua/pte nã pcipi pñt & adhibẽda ẽ diligẽtia: ut bñ diſi/niať: nã magnã ad ea q ſequũť afferũt opẽ: pricipiũ enĩ pluſq̃ dimidiũ toti⁹ eẽ uť: & eoꝝ q̃ q̃runť ꝑ ipm fieri manifeſta. ℣ Repellẽtis: reiiciẽtis: & ab oĩ hũa nitate alienæ. ℣ Itaq; igiť cũ ita ſit ut aĩ elatio: q̃ ꝑ ſuis cõmodis pugnat: ſit potius ĩmanitas q̃ uirtus. ℣ Probe: recte & bñ. ℣ Diffiniť: ꝑſcribit̃ & declara tur qd ſit ꝑprie fortitudo. Sic ẽt ab aliis ꝓhantibus diffiniť. Fortitudo ẽ cõuerſatio ſtabilis iudicii ĩ his reb⁹: q̃ formidoloſæ uidenť ſubeũdis & repellẽdis: & fortitudo eſt reꝝ ꝓſerẽdaꝝ ſcia uel affectio aĩ in patiẽdo ſũmę legi parẽs ſine timore. Stoici dicebãt fortitudinẽ eẽ uirtutẽ pugnãtẽ ꝑ ætate. Vñ nemo dicẽdus ẽ fortis q malitia & iſidiis gloriã adept⁹ uť. Nõ ꝓt dici fortis q iniuſte uicit: cũ ipa fortitudo pugnet ꝑ iuſtitia: ſine q̃ nihil ꝓt eẽ hõeſtũ: & ꝑbat Ci. ſuiam ſuã authoritate Pla. q dicebat aĩum paratũ ad ꝑicula poti⁹ ꝑ ſua utilitate q̃ cõi audax eſt appellan dus & nõ fortis: & ſic inuť ipa exꝓpatio: de q̃ dcm̃ ẽ. Q m̃ nulla ẽ uirt⁹: q̃ nõ hẽat ęmulã & falſam ſui imaginẽ: ut author eſt Pla. i dialogo q iſcribit̃ Gorgia. Audacia. n. ẽ falſa imago fortitudis: nã audax uť fortis: ſed nõ ẽ: & adulatores uidenť oratores: conanť ꝓſuadere: & ſic i oĩb⁹ artib⁹ & uirtutib⁹: q ſũt mediocritates iter plus & min⁹: uñ dic̃ Sene. Eris magna nim⁹: ſi ꝑicula nõ appetas ut temerari⁹: nec formides ut timid⁹. Nã nihil timidũ facit aĩum niſi reꝑhẽſibilis uitæ oſciẽtia. Meſura ergo magnanimitatis ẽ: nec timidũ eẽ: nec audacẽ. Ariſt. ī. iii. mora. põit q̃q; gña hoĩum: q uidenť eſſe fortes: cũ nõ ſint: ſed hñt q̃dã falſam fortitudis imaginẽ. Vere. n. fortis ſpõte ſubit ꝑicula & certo oſilio ꝓp ipſã. ſ. hõeſtatẽ pugnat ꝑ ſalute cõi. Hi at q metu reꝑhẽſiõis: aut uerberib⁹: aut uoce icitati: aut ira: aut ignoratiõe ꝑiculoꝝ ducti pugnant: fortes nõ ſunt: lege Ariſt. q de his reb⁹ agit diffuſius. ℣ Igiť: cũ talis debeat eẽ fortis: & talis ſit fortitudis diffinitio. ℣ Præclaꝝ illud. ſnia illa illuſtris & laude digna. ℣ Calliditas: uerſutia. ℣ Aĩus: fortis & elatus q ꝑicula nõ curat oiaq; ſpnit. ℣ Pa rat⁹ ad pi. q facile cõtẽnit ꝑicula & mortẽ. ℣ Audaciæ: qm̃ audax ẽ ſimulator fortitudinis: nõ fortis: ut dcm̃ ẽ. Fortitudo ſine iuſtitia iniqtatis mã ingt. Ambro. quo. n. ualidior ẽ: eo erit ꝓmptior: ut ĩferiorẽ oppmat. ℣ Sua cupi. ſui cõmodi cã. Verba Platõis ĩ epithaphio li ſunt: optet uos uerboꝝ nſoꝝ mẽores ſiqd aliud exercetis cũ uirtute exercere ſciẽtes abſq; uirtute actus ois poſſeſſiõeſq; turpes eẽ ac malas: diuitiæ nãq; ſplẽdorẽ afferũt nullũ eas cũ ignauia poſſidẽti: neq;. n. ſi/bi hic ſed alteri parat poſſidetq; diuitias: neq; forma corꝑis atq; robur timido ac prauo cũ inſunt decorẽ ꝓſtãt: ꝓterea ſcia q̃is remota iuſtitia aliaq; uirtute nõ ſapia ſed calliditas eẽ uť: quappe oĩ ſtudio diligẽtiaq; cõtẽdite: ut nos & maiores no ſtros uirtutis gloria ſupetis. ℣ Itaq; cõcludit uiros fortes & magnaios debere eẽ bonos & ſimplicis ueritatis amicos: q đ eẽ nõ ꝓt: niſi qs ſit iuſt⁹: qm̃ a iuſtitia: ut dictũ ẽ boni uiri noiant̃. ℣ Simplicis: puræ: nõ fallacis: ſed ſine aliq̃ ſimulatione. ℣ Quæ: ut aliqs ſimplex minime fallax & bon⁹ ob hæc aliq iuſtitiæ laudẽ merenť: qa boni ſunt & ueri. Iuſtus. n. nunq̃ mẽtiť: nunq̃ decipit: q̃ ſi uir fortis nõ hẽt fortitudinis nomẽ & laudẽ nõ mereť: quæ ut diffiniť a ſtoicis pugnat ꝑ ætate.

CIMMANItatis: hoc eſt maxime turpitudinis q̃ oĩno nãm excedit. Quid uero ſit ĩmanitas ſupi⁹ declaratũ eſt. ℣ Pu gnãtẽ ꝑ. æ. ſtoicoꝝ diffõne oñdit nõ eẽ fortẽ: q ꝑ ſuis cõmodis nõ ꝑ cõi utilitate ꝑicula & res magnas ac difficiles aggre diť. Nã ſi fortitudo uirt⁹ ẽ ꝑ ætate pugnãs & ætas iuſtitiæ ꝺiũcta ẽ: nõ ꝓt q iuſtitia caret fortis eẽ. ℣ Inſidiis & ma. &c̃. otra nãlẽ iuſtitiã ẽ iſidiari aut malitia quẽq̃ circũueniť: cũ ãt fortitudo eẽ nõ poſſit. Si iuſtitia caret: nõ eẽ fortẽ: q iſidiis & malitia utiť manifeſte apparet. ℣ Præclaꝝ &c̃. Platõis utiť authoritate ad id cõprobãdũ qđ dixit. Plato. n. ſilitudie utiť ut q̃ uera fortitudo ſit patefaciat: ĩ lib. de rep. in qbus ĩtroducit diſputãtẽ Socratẽ: ut ingt. Callida legũ interꝓtatio nõ eſt iuſtitia ſed malitia potius ſic q ꝑicula ꝑ ſua utilitate nõ ꝑ cõi ſubit: nõ eſt fortis ſed audax q eſt ĩ uitio: qm̃ diſcedit a me/dio: ubi ſita uirtus. Idẽ in Dialogo: q inſcribit̃ Gorgias: nulla inquit eſt uirt⁹: q̃ æmulã & falſam nõ habeat ſui imaginem. Nã audax fortis uť & nõ eſt. Et adulator uť orator: a quo plurimũ abeſt. Sed dicet q̃ſpiã ergo ꝑ cõmodis ꝑpriis pugna re nõ licet: ut ꝑ ſalute: ꝑ re familiari cõtra fures: aut ꝓdones defendẽda: licet qdem & recte ſit. Sed hoc intelligiť: ſi nulla honeſta ſubſit cã. & contra iuſtitiã nõ fiat: nam cũ uis ui repelliť contra iuſtitiã non fit. Item ad res bellicas referť: q̃ nõ ꝑ cõmodis ꝑpriis: ſed pro cõi utilitate ſuſcipi debent. ℣ Itaq; concludit Cice. & qui uere fortes intelligendi ſint oſtendit. ℣ Ex media laude iuſtitiæ: quia iuſtitię eſt non uti fraude quæ uulpeculæ eſt: ſed ui quæ eſt leonis.

CENi ꝑ qa id. i. talẽ elationẽ aĩ hr̃e nõ eſt nõ mõ. i. nõ ſolũ uirtutis. i. nõ ſolũ ſit ſine uirtutẽ: ſed poti⁹ ſup. ẽ ĩmanitatis repellẽtis. i. abũciẽtis & amouẽtis ad ſe oẽm hũanitatẽ. ℣ Itaq;. i. & iõ fortitudo diffiniť: ꝑbe. i. approbate uľ approbabi liter a ſtoicis: quũ. i. q̃ñ dñt eã eẽ uirtutẽ pugnãtẽ ꝑ ætate. ℣ Quocirca. i. q̃ꝓp nemo q cõſecut⁹ ẽ gloriã fortitudis: ẽ ade pt⁹ laudẽ. i. uerã laudatione inſidiis: & malitia. i. ꝑ iſidias & malitiã. ℣ Eni ꝑ qa: nihil qđ uacat iuſtitia põt eſſe honeſtũ. ℣ Igiť il. ſ. dcm̃ Platõis qđ ſeqť eſt ꝑclaꝝ. i. ꝑcipue claꝝ q ſup. ingt: q; nõ ſolũ ſcia q̃ eſt remota a iuſtitia eſt appellãda po/ti⁹ calliditas q̃ ſapiẽtia: uerũetiã aĩus paratus ad periculũ ſi ĩpelliť ſua cupiditate nõ cõi: utilitate hẽat. i. hr̃e debeat potius nomẽ audaciæ. i. temeritatis eius: q aſſidue audet q̃ fortitudis. ℣ Itaq; nos uolum⁹. uiros fortes eſſe ſup. magnaios eoſ/dẽ. i. & eos ẽt eẽ bonos. i. iuſtos aĩcos ſimplicis ũitatis: & mime fallaces q̃. i. cuiuſmõi uirtutes ſũt ex media laude iuſtitię.

Platõis

PET. MAR. Pertinacia Varro Plato

¶SED Illud odiosum: q̄ritur Ci. q̄ in forti aīo & magno facillime īnascaī quædam pertinacia & cupiditas: ut uelit esse primus: ut de Cæsare dici poterat cuius eminens aīus nunq̄ qeuit: donec ad summū gradū cum aliorꝝ iniuria ascendit. Vnde fortis appellādus nō est qm̄ iustitia uacabat. ℣ Odiosum: molestū & ægre ferēdū. ℣ Pertinacia: est conatus aī ad rem quā iure assequi nō debemus. Varro ait. In quo nō debet: ptēdit: ptinacia est. fortis igit aīus magnus sine iustitia p, tendit ad ea q̄ nō debet: cupitq; illicita. Plato: ut repetit Plutarchus in uita Coriolani. Socia fortitudinis ptinacia appella bat. ℣ Principatus: ut primū locū in ciuitate obtineat: & ꝓbat hoc Authoritate Platonis: q scripsit oē institutū lacedæmo, niorꝝ eē ut ipsi uincerent: sic illic q magnitudine ani mi excellunt: uolunt eē principes: nisi a iustitia. Cō tineant Pla. in eo dialogo: q laches de fortitudine inscribit: sic ait: lacedæmonius nil aliud curæ est i oi uita q̄ ita se in oībus ꝑparare: ut bello cæteros om, nis superent. Nā lacedæmonii fortissimi fuerunt dū Lycurgi leges uiguere: de qbus Ci. ait in. ii. disputatione Tus. leges lycurgi laboribus erudiunt iuuē tutē uenādo: currēdo: esuriēdo: & sitiēdo: algendo: æstuādo. Spartæ uero pueri ad arā & itelligetu le, ctor ad arā Dianæ: ut author est Plu. sic uerberib⁹ accipiunt: ut mult⁹ e uisceribus sanguis exeat: non, nunq̄ ēt ut cū ibi essem audiebā ad necē quorꝝ non mō nemo nō exclamauit unq̄: sed ne īgemuit qdē & paulopost dic. Itaq; illi q græciæ formā rerūpu. dederūt corpora iuuenū formari labore uoluerunt: qd' spartiatæ ēt in fœminas transtulerunt: q̄ cæteris in urbibus mollissimo cultu parietū umbris occultant: illi aūt uoluerunt nihil horꝝ simi, le esse apud lacenas uirgines: qb⁹ magis palæstra soli puluis labor militia in studio ē q̄ fertilitas barbara: Lacedæmonii suos infantes frigida fouebant aqua ut essent robustiores & Lacenæ mulieres euntibus filiis ad bellū porrigebant cly, peum dicētes: aut cum hoc aut sup hunc. i. aut redi victor cū hoc clypeo: aut super hunc mortuus referatis: & qdā mulier cum audiuisset filiū in pugna cecidisse dixit. Ideireo eū genuerā: ut esset is q pro pria nō dubitaret occūbere: Lacedæmo, nii ingt Sene. liberorꝝ expiunt indolē uerberib⁹ admotis: ipsi illos pres adhortant: ut ictus flagellorꝝ fortiter pferant & lacertos ac semianimes rogant pseuerāter uulnera pbere uulnerib⁹: huius diffiagellationis (sic. n. appellat Plutarchus) in apotegmatib⁹ meminit Papinius in thebaide dicens. Laudatq; uerbera matri. ℣ Oēm morē: disciplinā æducationis: cōsuetudinē & institutū in exercēdis iuuenibus. ℣ Inflāmatū: accēsum ad cupiditatē uictoriæ: qm̄ illa æducatio in labo, ribus docebat ipsos uincere & pati oia fortiter: oia q̄ accidere possunt. ℣ Difficile aūt est: ostēdit qd' malū oriat ex nimio appetitu pricipat⁹: deserit. n. iustitia: sine q̄ boni uiri est nō pnt. ℣ Ægtatē. æquo & pari uiuere cū aliis & nemini inferre iniuriā: ut uultipsa iustitia. ℣ Cōcupiueris: optaueris cōtra rōnē. Vñ cōcupiscētia q̄ est de his q̄ sunt cōtra ægtatē & rō, nē. ℣ Præstare: aliis antecellere & uelle ꝑmū locū hre: & prias ptes in ciuitate & nō seruat ægtas q̄ ꝓpria est ipsius iu, stitiæ. ℣ Ex quo: pp hoc qa uolūt: aliis pstare & pricipes eē inter suos cōcives: nec uerent facere cuipia iniuriā & ēt pfiæ. ℣ Vinci se ab aliis. f. intercedētibus & cōtra sentientib⁹. ℣ Disceptatione uerbis: & rationibus. ℣ Publico: publice insti, tuto per ciues: & sic intelligit ius nō scriptū: qd' usus cōprobat. Nā diuturni mores ut ingt Iustinia. cōsensu utentiū com, probati legem imitant. hoc ius manauit a lacedæmoniis: qm̄ lacedæmonii: atq; Cretenses: ut author ē Iosephus li. ii. de antiquitate iudæorꝝ: nō uerbis sed re atq; consuetudine suos instituebant. A theniēses aūt & cæteri pene græci oēs q̄ fa, cienda essent uel nō legibus iubebant. re aūt atq; opera ad consuetudinem bene uiuendi reducere hoies neglexerunt.

Seneca

Papiniꝰ

Iustini.

FRAN MAT. Pertinacia

¶QVÆ.n.hoc eſt p̄ceptū:hoīes.ſ.nō debere amicitiis ea p̄ponere:q̄ uidēt utilia:ſed pluris amicitiā facere:q̄ has utilitates & uoluptates. ℣ Gnīs eiuſdē:ſilia dēmus uoluptates:& oīa cōmoda poſtponere amicitiæ:& ut amicis inſeruiam⁹ hæc oīa q̄q̄ nobis grata relinquēda ſunt. ℣ At neq; nūc ecōtra docet qd agēdū nō ſit amicoꝝ cā. Hæc igit̄ prima lex:iqt in Lælio:in amicitia fanciat̄:ut ab amicis honeſta petam⁹:& p amicis honeſta faciam⁹. Vñ uitupatur Bloſius Cumanus Tyberii Gracchi familiaris:q ut ſcribit Plutar.ad cōſules deduct⁹:cū de reb⁹ geſtis iterrogaret̄:ſe Tyberii iuſſu cūcta feciſſe rñdit. Ad hæc Naſica:qd ſi te capitoliū icēdere Tyberi⁹ iuſſiſſet:nūqd id quoq; feciſſes?nūq̄ iuſſiſſet hoc inqt:ſed ſi iuſſiſſet:paruiſſē. ℣ Cōtra rēp.nō eē aliqd agēdū cōtra rēp.amici cā. Vñ dicit Martian⁹:ut ē li.dig. Mīnime maiores lugēdū putauerūt eū q ad p̄riam dlēdā:& parētes & liberos iterficiēdos uenerit:quin ſi filius p̄rem:aut p̄ filiū occidiſſet:ſine ſcelere & præmio afficiēdū oēs cōſtituerūt. Nec eſt uiolāda fides: aut iuſiurandū amicoꝝ cā. ℣ Iudex de ipſo aīco.i.ſi erit iudex in cā amici. Ari.ait.i.moraliū q̄q̄ hæc qō perardua ē ob amicos:ſed p defenſione ueritatis & p̄pria ipugnare oportet:p̄ſertī p̄hos. Nā cū ābo ſint amici pium ē ueritatē in honore p̄ferre. ℣ Ponit:deponit:tūc cū eſt iudex. ℣ Induit:cū ſuſcipit p̄ſonā iudicis:iā non eſt amicus:ſed iudex. ℣ Tm̄ dabit:tribuet:amico ut uelit ipſius cām eſſe magis uerā q̄ ſit cā aduerſarii:hoc malū ſolū tribuendū eſt amicitiæ ab ipſo iudice. ℣ Perorandæ:litis defendēdę:& exponendi iuris oīone:aut ipſius amici:aut patroni. ℣ Quoad:quātū leges iudicioꝝ p̄mittūt. Nā ꝺcedebant̄ horæ ad clepſidrā orātibus in cā ſua aut alteri⁹ ℣ Iurato:q̄m̄ iurant iudices ſe iuſte iudicaturos:ad qd̄ tenent̄ ſua p̄feſſiōe:ēt ſi nō iurarēt. Iurato iudici:q iurat ſe recte iudicaturꝝ:qd̄ cū facit adhibet deū teſtē.i.mentē ſuam:ut uult Ci.delibatam e mente diuina. In Catone ait:eſt.n.aīus cæleſtis ex altiſſimo domicilio depſus:& quaſi demerſus in terrā locū diuinæ naturæ æternitatiq; cōtrariū. ℣ Mētē ſuā:cōſciam:q̄m mēs nr̄a diuina ē. Sene. dicit. De fide & religione ſcias agi ubicūq; de ueritate tractaī:nā & ſi iureiurādo deus iuocat⁹:& nō inuocati teſtis ē: nō tm̄ trāſies ueritatē:ne iuſtitiæ trāſeas legē. ℣ Itaq;:affert ad hoc p̄bandū morē rogādi iudicis:quo antiqui utebant̄:ut .ſ.p amico & aliis ea faceret:q̄ ſalua fide facere poſſet:q̄m debet iudex id quod ueꝝ eſt iudicare:ſi aliter faceret uiolaret fidē:quā debet deo:quē iurando inuocauit. ℣ Prædarū:laudabilē:ſi eū morē nunc teneremus:q̄m nō paterent̄ a iudice niſi honeſta:& quæ ſalua fide poſſet facere. ℣ Quæ ſalua fide facere poſſit:hic erat mos rogandi iudicis:ut ea faceret iudex:q̄ poſſet nō uiolata fide. ℣ Quæ paulo ante dixi:ut.ſ.iudex malit cām amici eē uerā:& ut cōmodet quoad p leges liceat tp̄s perorādæ litis:hæc igit̄ rogatio antiquoꝝ ad iſta p̄tinet:q̄ a iudice ſalua fide p̄ſtari p̄ñt. ℣ Honeſte:ſalua fide poſſe cōcedi amico ea q̄ honeſta ſunt. ℣ Sed cōiuratiōes:quæ ſemp ſunt in malam p̄tē & in alterius p̄iciem:& p̄fecta amicitia nō cadit niſi inter bonos uiros:& inter ſe uirtute ſimiles:boni aūt uiri nō cupiunt:niſi qd̄ eſt honeſtū:& taliū amicitia permanet q̄diu ſunt boni. Virtus:ut ait Ariſt.res permanens eſt:& bonorū amicitia eſt ſine q̄rela:mali uero ſtabilitatem non hūt:neq;.n.ſibiipſis ſimiles perſeuerant:& paruo tēpore ſunt amici:gaudentes mutua prauitate.

¶QVAE.n.uident̄ &c. Tria ſūt gña expetēdoꝝ. Primū & p̄ ſe tm̄. Secūdū q̄ p̄ aliud. Tertiū qd̄ p̄ ſe & p̄ aliud expetit̄. Quæ p̄ ſe expetēda ſunt oīb⁹ reb⁹ anteponēda ſunt:qa in honeſtate firmata ſunt:ut religio:pietas gr̄a:obſeruātia:fides:iuſtitia:fortitudo:prudētia. Quæ p̄ aliud expetuntur ſunt bona externa:ut diuitiæ &c.eiuſmodi:p̄ ſe:& p̄ aliud ſunt: ſicut amicitia:hæc ergo dignior eſt his bōis:externis:q̄ expetunt̄ p̄ aliud. Sed quēadmodū dignio⁹ ē his:ita utilior his:q̄ p̄ ſe expetunt̄:illa qdē p̄ amicitiā cōtinere debes. At uero p̄ ſe expetunt̄. Sūt añponēda amicitiæ:& hoc eſt:qd̄ Cice.ſentire uī. ℣ Nec ſi iudex quidē erit &c.q̄ uidelicet rei iudicādæ præſit:& uel cōdēnare:uel abſoluere amicum poſſit:abſoluere cōtra honeſtatē nō debet. ℣ Ponit &c.trāſlatio eſt a minus ſumpta:qui mō hanc modo illā p̄ſonā induunt:ut ſeruī ſi ſeruū acturi ſunt:dñi &c. ℣ Vt ueram amici &c.hoc ſolū pro amico facere debet:ut optet uerā eius eē cām & non falſam:& præſtare illi oēs cōmoditates tēporis:& aliaꝝ regꝝ excogitare:itē ſi poſſit aliquod adiumētū rōni:qd̄ ergo re efficere nō p̄ōt:uoto faciat:hoc eſt optet ſaltē amici cām iuſtiorē eſſe. ℣ Et ut perorādæ &c.det operā quātū p leges liceat:differat tp̄s dicēdi & p̄nūciandi ſnīam:qa ſi lex eēt:ut añ trigeſimū diem pronūciare iudiciū cogeret̄ amici cā differre tp̄s non debet. ℣ Cū uero iurato. Sed cū aliqs iurat⁹ ingt ſit. Iurati.n.erāt iudices apud Romanos i plæriſq; cauſis:meminerit ingt ne p amico cōtra iuſiurādū faciat:īmo ſciat ſe deū añ oculos hr̄e. Sic.n.nūq̄ errabit. Cābyſes rex poſtq̄ cognouit ex magis unū iniuſte iudicaſſe:detrahi illi pellē iuſſit:& eā añ tribunal ſterni:ut cæteris iudicib⁹ exēplo eēt:ne iniq̄ iudicarent. ℣ Mentē:hoc eſt qd̄ uulgo intelligit̄ tantā eſſe naturæ bonitatē:ut nihil turpe faciamus quod nobis ipſis nō diſpliceat. ℣ Itaq; p̄claꝝ &c. Tēporibus Ci. hic mos a patribus acceptus ſeruabat̄:ut iudicem reus ſic rogaret:ut ſibi faueret. Rogo dicebat mihi faueas:ſi ea ſequor q̄ ſalua fide facere poſſis. ℣ Nā ſi &c. Si hoc aīo ingt fuerimus:ut q̄cquid amicus uelit:faciamus:iā nō erit amicitia quæ honeſta eſt:ſed cōiuratio potius quæ inhoneſta eſſe ſolet & pernitioſa.

¶ENIM pro quia:honores:diuitiæ:uoluptates & cætera eiuſdem generis quæ uidentur utilia:hæc nunquā anteponēda ſunt amicitiæ. ℣ At ideſt ſed uir bonus:neq; faciet cauſa ſui amici contra rempu.neq; contra iuſiurandum:ac fidem: nec ſi erit iudex faciat de ipſo amico contra rempu.&c. ℣ Enim pro quia uir bonus ſupple ponit:ideſt deponit perſonā amici cum induit ſupple perſonam iudicis ipſe dabit amicitiæ tantum:ut uelit cauſam amici eſſe ueram:& ut accommodet tempus litis perorandæ:ideſt peragendæ:quoad ideſt quantum uel quouſq; liceat per leges. ℣ Vero pro ſed:cum ſententia ſit dicenda:ideſt proferenda ipſi iurato:ideſt iuramento aſtricto:meminerit ſe adhibere deum teſtem:ideſt (ut arbitror)mentem ſuam:ideſt conſcientiam quæ diuina creditur qua ipſe deus nihil dedit hominis diuinius. ℣ Itaq; nos accepimus a maioribus morem rogandi iudicis:ideſt quo iudex ab amicis rogabatur:præclarum:ideſt laudabilem ſi nos teneremus eum rogandi:uidelicet ea quæ poſſit facere ſalua fide hæc rogatio pertinet ad ea quæ dixi pauloante honeſta ſcilicet poſſe concedi amico a iudice. ℣ Nam ſi omnia facienda ſint quæ amici uelint:tales non ſunt putandæ.i.æſtimandæ amicitiæ:ſed coniurationes.

PET. MAR.

Plutar. ꝺ bloſio cumão. Martianus

Ariſt.

Sene. Quod aīus in corpore hūano eſt diuinus

Boni uiri nō cupiūt niſi qd̄ hōeſtum ē. Ariſto.

FRAN MAR.

Lex añ trigeſimū diē pnūciādi ſentētiam

ASC.

PET. MAR. ¶ LOquor ãt: docet Ci. de qb⁹ amicitiis loq̃tur: de cõib⁹. s. nõ de illis q̃ fũt iter sapiẽtes: qm̃ tales nõ facerẽt p amico iu/sta neq; peterẽt. ℣ Cõib⁹: nõ pfectis: sed eoꝝ q uersant in cõibus officiis. ℣ Sapiẽtib⁹: pfecta uirtute p̃ditis. ℣ Nihil tale: nõ petit ab amico: ut aliqd faciat cõtra hõestatẽ: & nõ pñt dici cõiuratiões amicitiæ sapiẽtũ: si iter ipsos oia faciendа sunt amici cã: qm̃ talis amic⁹ nõ petit nisi honesta: nec ali⁹ plane sapiẽs p̃staret amico nisi honesta. Et ponit exẽplũ Damonis & pythiæ pythagoreoꝝ. Q uatuor fuerũt amicoꝝ paria monimẽtis græcoꝝ latinorumq; celebrata: Pylades & Orestes: Theseꝰ & Pyrithous: Scipio & Lælius: Damõ & Pythias: de qb⁹ nũc agit. ℣ Pythagoreos: disciplinæ Pythagoricæ

Damõ & pythias pithagorei phii.

sectatores. Nã pythagoras: ut dictũ ẽ ad onectãdas amicitias plurimũ ualuit: & uolebat oia esse amicorũ cõia. Arist. ualde pbat amicitiã: dicẽs illã eẽ quãdã uirtutẽ: ul cũ uirtute: & rẽ apprime ĩ uita hoiũ necessariã. Sine amicis. n. null⁹ eligeret uiuere: licet cũcta bõa possideret: nã & locupletes: & ĩ dignitate ac sũma potẽtia cõstituti plurimũ amicis idigere uidenť: qd. n. pdesse taľ plpitas si bñficii oferẽdi aufera ť facultas: qd maxie fit: cõmẽdať ĩ amico: uel quo custodirẽť ꝓuarẽtur q; nisi amicis: cũ q̃to plra illa sint tãto magis piculo subiaceant. In pauptate quoq; ac reliqs calamitatib⁹ unicũ putãt ĩ amicis esse refugiũ. ℣ Hoc aio: tali aĩcitiæ uiculo astricti: qm̃ erãt sapiẽtes. Diony. syracusanoꝝ tyrãn⁹. ℣ Addict⁹: destinat⁹ & dãnat⁹ ad mortẽ: & addicere ẽt est uẽdere p licitationẽ: ide addicti apud antiquos dicebanť qui p̃toris p̃nũciatiõe ac iussu cũ soluẽdo nõ eẽt credito rib⁹ uẽdebať. In oꝛone pro Rabirio posthumo ait. Eeqs ẽ ex tãto pplo: q bona. C. Rabirĩ posthũi nũmo sestertio sibi addici uelit: & tua Posthũe nũmo sestertio a me addiciunť: & titulus ẽ ĩ digestis de addictione in diẽ. ℣ Cõmẽdãdoꝝ su. ut iret domũ: & res suas ordinaret: domesticosq; fidei alicuius cõmẽdaret. Huiꝰ hĩstoriæ meminit Vale. li. iiii. ℣ Vas: sponsor. n. cõstituit se uadem pro reditu alterius. Vas dr̃ sponsor datꝰ in re capitali. Dr̃ aũt uas: qm̃ cõspõdet: cã est: ut alter uadat p quo se uadẽ cõstituit. Varro

Amicorũ paria q̃tuor

Addictus addico.

Vas Varro

ait. Vas ẽ appellatus q p altero uadimoniũ p̃mittebat: cõsuetudo erat: cũ reus paꝝ eẽt idoneꝰ ĩceptis reb⁹: ut pro se alteꝝ daret: a quo caueri postea lege cœptũ ẽ ab his q p̃dia uẽderẽt uades ne darẽt ab eo scribi cœptũ in lege aucupioꝝ: uadẽ ne poscerẽt: nec dabiť. Obses est qui traditur ĩperio alterius ea cõditiõe: ut si dator obsidis a fide recedat: recipiẽtis ius si in corpꝰ & uitã obsidis. ℣ Eius sistẽdi. i. quod die cõstituta eũ restitueret: & q⁹ is qui discedebat iudicio sisteret: hoc uerbo utunť iureconsulti. Vlpia. li. i. dige. eo p quẽ factũ erit: quominus q iudici obstat æquissimũ putauit p̃tor dolũ eius coercere qui impedit aliquem iudicio sisti: & is dolo malo facit: qui aliquẽ detinet: ne iudicio sistat. ℣ Ad diẽ: qua p̃miserat se rediturum.

Obses Vlpia.

¶ DE cõib⁹: nõ aũt pfectis. Quæ sunt in solis sapiẽtib⁹: qa cõiter accidere põt: ut ab amico q̃cũq; sint petamus & rogati faciam⁹: nihil tale in sapiẽtib⁹ accidit. Nã sapiẽs honesta tm̃ petit ab amico: & nõ nisi honesta facit rogatus. ℣ Damonem &c. Dixerat Ci. nõ debere amicũ: amici cã aliquid cõtra honestũ facere. Sed qđ honestũ est amici cã: utilitati anteponẽdũ est. Nam si honestas petierit: ut pro amico moriamur: recusare nõ debemus: oĩa. n. amicitiæ sunt postponẽda: ut diutiæ: honores: & qa uidebanť id fieri nõ posse: exẽplo ꝓbat duoꝝ amãtissimoꝝ. Quoꝝ alter pro altero mori nõ recusauit Et is qui pro altero periculũ mortis subiit: noluit utilitatẽ anteponere honestati: sed sicut promiserat ad mortẽ ppe certam rediit. Narrat hanc rẽ ẽt Valerius maxi. titulo de amicitia. ℣ Damon: & pythias pythagorei fuere: & pythagoræ discipuli: a quo quæ de amicitia dedicere: ea usq; ad mortẽ seruare. Cum. n. alter in suspitionem uenisset regi Dionysio mortis damnatus est. Et cum supplicii dies instaret petiit tantum sibi tẽporis spatium concedi: ut sufficeret profectioni ad cõponendas domi res suas: & interea socius uas pro eo fieret: donec rediret. Gauisus est tyrãnus a Damone hoc peti: ut experiretur: esset ne tanta in hominibus amicitia. Rediit Damon ad certum diẽ ut erat pollicitus. Cum nullus rediturꝰ arbitrareť. Quare motus tyrãnus nõ mõ supplicium remisit. Sed rogauit: ut se tertium in amicitiam reciperent. Potuit ergo Damon utilitatis rationem habere: uidelicet uitæ: sed uoluit ipsi uitæ honestatem anteponere: scribit historiam hanc historiam Cice. libro. v. thusculanarum. ℣ Destinasset: cõstituisset. ℣ Cõmẽdãdoꝝ: ut amicis suos cõmendaret. ℣ Vas factus. Varro inquit: uas est: qui pro altero uadimoniũ promittit: ut sit quẽ fideiussorem uocamus: & uadimoniũ ipsa fideiussio. Alii uolunt uadem ꝓprie esse qui sponsor est alterius in capitis periculo siue idem supplicii subiturus sit: siue pecuniam soluturus: hoc & festus sentit. Qui ait: uas est sponsor in re capitali. Liuius de ualerio loquens: capitis reo uades dare placuit. Idem paulopost: tot uadibus accusator uadatus est reum. Q uis sistendi: est sistere repræsentare: & pñtiam corporis exhibere. Dictũ ab eo q⁹ non tm̃ cõparare quis debet: nisi & mãserit: unde de iudicio sisti hoc est de sistendo aliquid in iudicio Liuius in uincula conici uetant: sisti reum pecuniãq; nisi sistãt: populo p̃mitti placere pronunciant.

FRANMAT. Amicꝰ p amico nihil ꝺbet facere cõtra hõestũ Damon & pythiaſ discipuli pythagoræ

Egina ciuitas epidauriæ.

ASC. ¶ LOquor aũt de amicitiis cõibus. ℣ Nã nihil tali. s. amicitiæ inhonestæ aut iniq̃ põt eẽ in sapientibus & pfectis uiris. ℣ Ferũt. s. hĩstoriæ damonẽ: & pythiã pythagoreos fuisse inter se hoc aio ut cũ Dionysius tyrãnus. s. syracusanus. ℣ Destinauisset. i. statuisset alteri eorum diem necis: idest occisionis quo deberet necari: & his qui addictus esset morti postulauisset sibi paucos dies. s. dilationis causa suorum cõmendandorum. i. causa suarum rerum disponendarum: & amicis cõmendandorum: alter. s. eorum factus est: uas: idest retentus & sponsor: quo sponderet alteri uadere licebat factus est in quam uas: idest sponsor eius sistendi. i. præsentandi ad statutum diem sic supple: ut si ille non reuertisset moriendum esset sibiipsi: qui. s. morti addictus: cum recepisset se. i. rediisset ad diem. s. statutum. ℣ Tyrannus. s. Dionysius admiratus fidem. i. fidelem amicitiam eorum: petiuit: ut scriberent se tertium in amicitiam.

Loquor autem de cõibus amicitiis: nam in sapiẽtibus uiris: atq; perfectis nihil potest esse tale.



Damonẽ & Pythiã Pythagoreos ferũt hoc aio inter se fuisse: ut cũ eoꝝ alteri Dionysius Tyrãnus diẽ nec is destinauisset & is q morti addictꝰ eẽt paucos sibi dies cõmẽdãdoꝝ suoꝝ cã postulauisset: uas factꝰ ẽ alter ei⁹ sistẽdi: ut si ille nõ reuertisset: moriendũ esset sibiipsi. Q ui cum ad diem se recepisset: admiratus eorum fidem tyrannus petiuit: ut se in amicitiam tertium ascriberent.

¶ CVM

Cū igit id qđ utile uī in amicitia cū eo: qđ honestū est cōparaī: iaceat utilitatis spēs: ut ualeat honestas. Cū ät in amicitia q honesta nō sunt postulabūt: religio & fides añponebant amicitiæ: & sic habebit is quē exqrimus delect⁹ officii. Sed utilitatis spē i repu. sæpissimæ peccaī: ut i corithi disturbatiōe nr̄i: duri⁹ ēt athenienses q sciuerūt: ut eginetis: q classe ualebāt: pollices pcidereī: hoc uisū est utile: nimis. n. eminebat pp ppinqta tē Egia pyreo. Sed nihil qđ crudele utile. Est. n. hoium naturæ: quā sequi debem⁹: maxime inimica crudelitas. Male etiā qui peregrinos urbibus uti prohibent eosq; exterminät: ut Peneus apud patres nostros. Papi⁹ nup: biscita: nā scire iudicare est. Syllius ait. Solē cōcedere nocti. ¶ Sciant ībelles. ¶ Vt Eginetis: incolis eginæ insulæ: q est cōtra Atticā: & aliqn maris tenuit i periū: bellū gessere Athenienses cū eginetis: authore Thucydide: tandē se dederūt deietis muris: traditis naub⁹: ipōsito in posterū tributo. ¶ Pollices: ob hoc ne possent uti remis: qđ quia crudele fuit: neq; utile: neq; honestū esse potuit: sed Romanis uidebaī utile: corinthū caput Achaiæ fundit⁹ delere pp locū ad res nouas idoneū: & Athenienſibus uidebaī utile eginetis pollices præcidere: qm̄ egina ppiqua erat Pyreo portui Athenarū. Hermione in Peloponeso piscatoq; statio erat: a qua sinus Hermionicus dictus: in quo est egina insula. Pyreus est port⁹ Athenarum. Pli. ait Ab isthmo qnquagintaduo milia passuū. Pyreus & phalera portus duoq; milia passuū mutuo recedentibus Athenis iuncti. ¶ Propinquitatē: qm̄ egina distat a pyreo. xii. milib⁹ passuū: añ uocata œnone. Nomē accepit ab Egina: ut ingt Diodo. filia Aesopi rapta a Ioue ex philūte urbe peloponesi ad nemeā syluā: peperitq; ex Ioue Eacū: qui in Egina regnauit pr̄ Palei: Thelamonis: & Phoci. ¶ Quā: naturā debemus seq ducē ad officiū inueniundū: oē. n. quod est cōtra naturā est cōtra officium: & malum agere nō est naturale: sed cōtra naturā. ¶ Exterminät: expellūt: ut faciebāt Lacedæmonii: authore Thucydide: qui nō pmittebant: ut peregrini eoq; urbem incolerent: quod erat inhumanū: & ab hoie qui est natura ciuilis & congregabilis: alienum adde etiam q Lacedæmonii filios filiasue aliqua corporis parte debilis & monstrosos exponebant: quasi spartano indignos stēmate: & Lacedæmoniis patentibus fortissimis uiris.

¶ CVM igit qđ utile &c. illi utile uidebaī nō redire: sed erat cōtra honestatē: ideoq; spēm illā utilitatis contēpsit. ¶ Cū ait in amicitia &c. si amicus turpe aliqđ ab amico petierit honestas est añponēda. ¶ Religio: iusiurandū: ut seruem⁹ datā fidē: sicut Damon fecit. ¶ Religio & fides: ut p amico cōtra religionē: & fidē nō faciamus. ¶ Delect⁹ officii. Quia si hęc supradicta seruabimus: & honestatē hēbim⁹ an oculos. Quotiēs accidet aliqđ in quo utilitas cū honestate pugnare uideatur: diligere sciem⁹ uerū offici ⁊. ¶ Sed utilitatis spē &c. Dicit in repu. utilitatis spē sæpe peccari. Qđ romanoq; & Athenienſiū exēplo oñdit. Romani Corinthū euerterūt ducti opportunitate loci. Ne posset aliqn ad bellum faciendū locus ille adhortari. Quod ait Ci. lib. i. ubi disserit de iure belli. Athenienses cū bellū gererēt cū Lacedæmoniis eginetis illoq; sociis: q classe ualerent & periti eēnt nauigandi pollices amputauerunt: ne remos i pellere possent: hoc crudele nimis & cōtra honestatem. Egina fuit epidauriæ terræ locus & huius cōtinentis e regione insula: hinc Aeacus & eius posteri originē traxerunt tenuit aliqn maris imperiū de principatu cum Athenienſi populo ad salaminem nauali prœlio contendit ambitus insulæ centum. lxxx. stad. esse traditur: distat ab actica & megerica ora: ac peloponneso: centū fere stad. primo egi næ a Phydone argentū signari ceptum est Strabo. Pireo athenarum portus & emporeum pyreus fuit. ¶ Nihil crudele utile: utilitas consentit naturæ: cui crudelitas inimica est: ergo utile & crudele contraria sunt. ¶ Male etiā qui &c. ut argumentationem suā corroboret. Cice. eos improbat qui ab humanitate abhorrent: & eos probat qui ab ea non discedunt. Duas proponit leges: quarum altera ab humanitate aliena est: quam improbat: altera humanitati consentiens: quam laudat: prima lex quam penus & papius apud patres nostros tulere fuit Romanis cū lacedæmoniis cōis. Nam Lycurgus legem tulit peregrinū ne admittito: ne uidelicet mores urbis alienigenarum cōmertio corrumperentur. Romani nescio qua causa inducti: non enim traditur: tulerunt & ipsi hanc legem ne peregrini admitterenī. Altera lex q̄ Crassus: & Scęuola tulere: uidelicet ne se pro ciue haberet: q ciuis non esset: hæc honesta erat: sed illa contra naturā. Qui enim ab honesto discedit contra naturam facit. Illa igitur lex admittenda non est: quæ contra naturam esse probatur.

¶ CVM igitur id quod uidetur utile in amicitia comparatur eo cum quod honestū est iaceat. i. relinquatur ut contenta specie utilitatis & honestas ualeat. i. sit in prœcio. ¶ Cū autem ea q̄ non sunt honesta postulabunī in amicitia: tunc religio & fides anteponatur amicitiæ: & sic is delectus. i. ea disquisitio officii quem. s. delectū quærimus habebit. ¶ Sed sæpissime peccatur in rempu. specie utilitatis: ut nostri. i. romani supple peccauerunt in distributione. i. euersione corinthi: illi⁹ ciuitatis opulentissimæ quæ uidebatur utilis romano imperio: sed tamen non erat honesta: quia iniqua. ¶ Athenienses etiam durius supple gerunt qui sciuerūt: ut pollices præciderentur. i. amputarentur eginetis: ideſt incolis eginæ insulæ: qui ualebant classe. i. nauibus dirigendis: & remis impellendis: hoc est uisum athenienſibus utile. ¶ Enim pro quia egina insula. s. imminebat nimis pyreo illi portui athenienſium propter propinquitatem: sed nihil utile supple est quod crudele. ¶ Crudelitas enim est maxime inimica naturæ hominum: quem scilicet naturam nos debemus sequi. ¶ Male supple agunt etiam qui prohibent peregrinos uti urbibus & exterminant eos supple fecit apud patres nostros: ideſt priscos romanos: & papius nuper: ideſt a paucis annis fecit supple.

PET. MAR.

Aristo.

Crudelitas Sene.

Valeri⁹

Syllius

Pollices eginetis pcisos Plinius

FRAN MAR.

Egina ciuitas epidauriæ

ASC.

PET. MAR. Pædianus

¶ TERA Sus: & Scæuola: horū cōsulū legē dānauit Pædianus Asconius dicēs. Legē licinīā & mutīā de ciuib⁹ regēdis uideo cōstare inter oīs: q̄ duo cōsules oīum: quos uidimus: sapiētissimi tuliſſent: nō mō inutilē: sed pnitiosam reipu. fuisse. Hāc legē de regēdis in sua ciuitate sociis in cōsulatu eoꝝ tulerūt cū sūma cupiditate ciuitatis Romanæ itali tenerent: & ob id magna pars eoꝝ pro ciuibus Romanis se gererēt. Necessaria lex uisa est: ut in suæ q̄q; ciuitatis ius redigeret. Vexe ea lege: ita alienati sunt animi principū italoꝝ: ut ea uel maxīa causa belli italici: qd post triēniū exortū est fuerit. ¶ Publice: ptinētis ad uniuersā rēp. Laudat robur aī romanoꝝ inuictū: & minime male succūbēs q̄ post cladē acceptā ad Cānas ui cum apuliæ maiores aios habuerūt. Hānibal cū romanos ad Ticinū & Trebiā. P. Scipiōe & Semp. Graccho cōsulib⁹: fudisset fugasset q̄q; ide ad Trasimenū lacū pusinū. Vbi Flamini⁹ cōsul temeritatis & amētiæ suæ pœnas luit: tādē post Fabii dictaturam ad Cānas apuliæ in ripis ausidi Paulo Aemilio: & M. Varrōe cōsulib⁹: maxīa clade Romanos affecit: quā Paulus cōsul morte sua funestiorē Romāo nomini reddidit. Duo mil. ccc. eqtes cæsi dñr: & tāta ciuiū sociorū q̄q; ps: in his ābo cōsulū q̄stores. L. Acili⁹ & L. Furi⁹ Bibaculus: & .xx. de tribunis militū cōsulares qdā: & ædilitii: inter quos Cn. Seruili⁹: & C. Minuti⁹ Numātius: q̄ magr̄ eqtū priore āno fuerat lxxx. p̄terea senatores. Var. cōsul cū q̄nquaginta eq tibus Venusiā se ex fuga recepit. post hāc cladē defecerūt ad Hānibalē Romanoꝝ socii: q̄ ad eā diē in officio fideq; pmānerāt: iā tāta calamitate accepta: & in tāto reꝝ turbine de Romano impio desperātes: fortuna pœnis icē bēte. Atthellani: Gallatini: Hirpini: apuloꝝ ps: Sānites p̄ter pēnos: bruci oēs: Lucani: Surrētini: & græcoꝝ oīs fere ora: q̄ quōdā magna græcia dicebat: nūc est magna solitudo. Tarētini: Metapōtini: Grotonēses: Locriq̄: & Cisalpini oēs Galli. Nec tñ inq̄t Li. hæ clades defectionesq̄ sociorꝝ mouerūt: ut pacis unq̄ mētio apud Ro. fieret: neq; aī cōsulis Romā ad uētū: neq; post q̄ is rediit: renouauitq; memoriā acceptæ cladis quo ī tpe adeo magno aio ciuitas fuit: ut cōsuli Varroni ex tāta clade: cuius ipse maxīa cā fuisset: redeūti & obuiā itū frequēter ab oīb⁹ ordinib⁹ sit: & grāe actæ: q̄ de rep. nō desperasset: q̄ si Carthaginēsiū ductor fuisset: nihil recusandū supplicii foret: obtulerūt insup Romani aī robore subnixi dictatūrā Varroni igit̄ Romani ī tātis calamitatib⁹ nihil de dignitate Romana remittēdū duxerūt: & hīta honesti rōne pacis ineundæ cū barbaris nullā mētionē fecerūt. Nō. n. decebat Romanos q̄ stēma suū: & originē ad Mar. referebant: & quoꝝ ars militia erat: aduersis frāgi: & p̄ter decoꝝ pacē petere: q̄is uideret cē publica utilitas: sed nō erat: qm̄ relinq̄bat hōestas. Solebāt. n. pacis cōditiōes dare aliis nō accipe. Vñ dicit Pli. li. pe. Pudor Romāi noīs sæpe res pditas seruauit in p̄liis. ¶ Præ honestate: respectu honestatis: & cōparatiōe: ita dicim⁹: hæc nulla sūt p̄ illis. i. cōparatiōe illoꝝ. ¶ Secūdis: pspe ris & ad uolūtatē nr̄am fluētib⁹. ¶ Tāta uis: potētia: qm̄ erat honestū Romāis: nec decebat eoꝝ magnanimitatē: atq; p stātiā bellicā intre pacē cū barbaris quacūq; cōditiōe: a q̄bus cōtra ius fœderis tāta iniuria & cladib⁹ fuerant affecti: q̄us pax illa potuisset e rep. uideri: & ex usu toti⁹ Italiæ tot cladib⁹ attritæ: tot delectationib⁹ exhauste. ¶ Athenienses: iam de Athenīēsibus in re siī ponit exēplū: q̄ præ honestate & decoro attici noīs: id qd Cyrsilus suadebat: repudiarūt: q̄is utile uideret: iminēte ceruicib⁹ Græciæ tāto hoste: cui⁹ multitudini flumia ad potū nō sufficiebāt. Magno igit̄ aio bellū suscipientes: & se contra barbaros p̄ auita dignitate erigētes uictores fuerūt. Post pugnā maratoniā: de q̄ dictū est. Athenienses ducētas naues fabricarūt: & aduētante xerxe oraculū delphicū cōsulētes habuerūt sortes: ut muris ligneis salutē tuerentur. Et sic authore Themistocle cōiuges liberosq; cū p̄ciosissimis reb⁹ in abditis īsulis emandarūt: ipsiq; armati naues conscenderūt: & angustias salamini freti una cum sociis ne circūueniri possent: occuparunt. ¶ Vrbe: athenis.

Exēplū athenīēsium de Cyrsilo.

FRAN MAT. Licini⁹ Crass⁹ & Scæuola.

¶ QVi ciuis non sit: hāc legē tulerūt Licinius Crassus orator: & Scæuola iurisc̄sultus: & orator: de quo ait Ci. eloquētissimoꝝ omniū iurisc̄sultissimus & iurisconsultorū eloquētissimus: ii legem tulere de redigendis in suā quēq; ciuitatem. Cum. n. sūma cupiditate ciuitatis Romanæ Italici tenerent: hæc lex necessaria uisa est. Nā multi se quasi pro ciuibus Romanis gerebant: qua lata latini principes adeo irati sunt: ut hæc lex cā fuerit cur bellū triennio inter latinos & Romanos gereret: huius legis meminit Cice. in oratore pro. L. Cornelio & eā mutiam uocat. Asconius pædianus legē licinīā & mutiam de ciuibus regūdis uideo cōstare inter oēs: quā duo Cos. omniū quos uidimus sapientissimi tuliſſent non mō inutilem sed pernitiosissimā reip. fuisse. ¶ Illa p̄clara: sæpe Ro. po. utilitatis spēm p̄ honestate: & priuatim & publice cōtempsit: ut bello Tarētino q̄d gestū est cōtra pyrrhū epirotaꝝ regē: priuatim ut Fabri. quē cum pyrrhus pticipem regni sui facere polliceretur: si secum proficisci in epirū uellet: neglexit: publice cum ille cyneam legatū misisset: qui ciues ro. corrūperet: nullum ex oīb⁹ inuenit: qui corrumpi se pmiserit. Idē maxime appuit post Cānensem cladem. Nullus. n. repertus est qui uel unum uerbū de pace fecerit. ¶ Athenienses: exemplo utitur athenīensium: quo idem probat uidelicet speciem utilitatis pro honestate debere contēni. Cū fama esset a xerxe rege psaꝝ græciam maxīa classe iuadi: miserūt Athenīēses: q oraculū scīscitarēt q̄o tueri se a xerse posīēt. Rñsū ē eos posse eē īcolūes: si salutē suā ligneis eqs comitterēt. Cūq ī cōcilio alii alia sentirēt: solus Themistocles itellexit: uī classē parādā eē q̄ta maxīa parari posset: equos. n. ligneos naues itellexit: & his regi occurrēdū eē. Cæteris hoc p̄bātib⁹ unus cyrsilus cōtradixit: urbē. n. nō eē relinquēdā cēsuit: quā si tuarī nō posset regi tradēdā: eiq; qbuscūq; ꝺditiōib⁹ parēdū: hac snīa audita adeo irati sūt athenīēses: ut illū lapidib⁹ obruerit.

Themistocles ASC.

¶ NAM rectum. i. iustum & æquum est non licere eum supple qui non sit ciuis esse: idest haberi pro ciue: quam legem sapientissimi consules Crassus & Scæuola tulerunt. ¶ Vero pro sed prohibere peregrinos usu urbis est sane: idest ualde inhumanum. ¶ Illa p̄clara: eandē rem prosequitur dicens. Illa sup. sunt præclara sup. facta in quibus species publicæ utilitatis. i. pertinentis ad uniuersam remp. cōtēnitur præhonestate nostra. i. romana resp. est plena exemplorū sup. talium: cum alias: idest alio tēpore: sæpe. i. cum ita sit q̄ sæpe alias tum maxime. i. tum potissimum: uerū est q̄ secundo bello punico. i. contra pœnos & potissimum contra Carthaginenses gesto: quæ respu. calamitate. i. dare ciuium per modum calamorum a grandine prostratorū cānensi. i. quæ fiebat apud cannas accepta. i. post q̄ cānensem calamitatem acceperat: habuit maiores animos: q̄ unq̄ rebus secundis. i. prosperis nulla significatio timoris fuit sup. in ea: nulla mentio pacis: tantaꝝ uis. i. potentia est honesti: ut obscuret speciem utilitatis. ¶ Athenienses cum nullo modo possent sustinere impetum persarum quas xerxes instruxerat: & statuerant: ut conscenderent naues: & hoc urbe. s. athenis relicta: & coniugibus & liberis eorum depositis. i. sub fide in custodiam datis.

¶ TROzene:

¶ TROEzene: q̄ē urbs Pelopōnesi i sinu argolico sacra quōdā Neptuno: ut īgt Stra. & iō possidōia dcā ē stadia. xv. a mari eminebat. Vrbs eo tpe īsignis: denoiata ē a Trœzene filio pelopis: hic educat⁹ fuit Theseꝰ: & iō Theseia Trœzē dī a Papinio. Trœzē Pytheus auꝰ mr̄nus Thesei i regno succesſit. Et ob id Oui. in Heroidibꝰ Thrœzena appellat pytheia regna. ¶ Cyrsillū quēdā. Ci. aliter q̄ alii hāc narrat historiā. Nā cū mādoniꝰ xerxis dux Athenas uenisset desertas a diuibꝰ: q naues cōscederāt: & apud Salamīa de fūma regꝫ ꝺsultabāt: & de liberis: ꝺiugibꝰ: cęterisq; fortunis demādādis Trœzenē: ipsas cœpit athenas: & Murichidē Helle spōtū salaminē misit cū mādatis postulatisq; ad Atheniēses: q illuc cōfugerāt: cū mādata expoſuisset Murichides. Lycidas Atheniēsis senator i cōcioe suasit: ut mādata acciperēt atheniēses: ac ferrēt ad populū. Vñ oium cōsensu lapidibꝰ obrutꝰ ē. Mulieres: q̄ adhuc apud Salamīe erāt: id audiētes uxorē Lycidę & filios ea dē pœna mulctarūt. ¶ In urbe: athenis. ¶ Sed ea nō erat utilitas: qm̄ non decebat generosos: & tanti nois Græcię oium bonarꝫ artiū iuētricis alūnos: & de oi gñe uirtutū p̄cepta dederāt & dabant: xerxē barbarꝫ i urbē disciplinarꝫ sedē & emporiū recipe. Sic Appiꝰ cecꝰ dissuasit Romāis grauissima ofone Pyrrhū recipe. ¶ Themistocles: pōit exēplum de Themistocle: q rē minime hōestā excogitauerat: iō Atheniēses uirtutis cultores eā rēnuerūt. Plu. ait in uita Aristidis: post uictoriā platēsē. Themistocles populo dixit se id excogitasse: qd̄ si exeq posset magnā utilitatē urbi afferret: populus aristidi negociū dedit: ut de hac re cū Themistocle ꝺsultaret: & si e rep. uideret⁹ p̄baret. Cogitaui īgt Themistocles nauale græcorꝫ īcēdere: quo atheniēses totius græcię potuerūt facile ēe p̄cipes. Aristides concioe aduocata dixit Themistoclis ꝺsilio nihil eē cōmodi⁹: sed nihil iniusti⁹. ¶ Q ui cū: cū quo. ¶ Lacedæmonio/ rū: q sunt i pelopōneso: & socii fuerāt atheniēsiū i bello ꝺtra barbaros. ¶ Ad Gytheū: nauālē Lacedæmōiorꝫ nobile. Vt ingt Stra. Intra. cc. & .xl. stad. ædificatū: & hīs nauiū stationē māu effossā Plu. ait i uita Themistoclis. xerxe abeūte i pagasas hyemādi gr̄a græcorꝫ classis subducta ē: dato Themistocli aristide: dixit Themistocles se excogitasse grę corꝫ classem icēdere. Meliꝰ hi q̄ nos: laudat iustitiā atheniēsiū: q socios Lacedęmonios cæteros q nullo mō uiolādos cēsuerūt: no tatq; Romāos: q piratis īpunitatē & īmunitatē ꝺcessere: cū debuissent eos iusto grauissimoq; supplicio afficē: & socios cōfœderatosq; hēbāt uectigales. i. tributarios: h̄ īgt uī iniustū: ut socii nr̄i pēdāt tributū: & piratæ sint īmunes. Romāi nūq; æqs fœderibꝰ societatē inibāt: sed tributū uolebāt tanq̄ supiores. Vñ in prīo bello punico Reguluꝰ Romā missus: ut pmutatio fieret: & pax æquo fœdere: dixit i senatu id dissuadēs: cū eēt ꝺtra mores auitos & decorꝫ: hic q̄ uersib⁹ psecutꝰ ē Syllius. Nec uero placeat: nisi q̄ de more pentū pax erit. Inde subiūgit. Sed mihi sit stygios añ itrauisse Pænates. Talia q̄ ui deā feriētes pacta latinos. Pōpeius magnꝰ piratas maria & terras ifestātes fœlici successu uicit: & cū athēas trāsmisisset: nōnullis ad illū uenīā fidēq; fugiētib⁹ īpunitatē ꝺcessit: & cū eēnt ad .xx. milia: eos p oppida colōis exhausta collocauit: ut facilitate uict⁹ eos mitiores reddēt. Itaq; ciuitates q̄dā Ciciliæ quosdā admiserūt & Dymæ urbs acheorꝫ i pelopōneso: ut memierūt Strabo: & Plu. cultorib⁹ uacua & agrorꝫ ubertate fœcūda piratis ꝺcessa ē. Hoc nōnulli īprobarūt: author Plu. i uita Pōpei: hoc ēt Ci. notat: q̄uis latēter pp Pōpeiū quē uiuū amauerat: & mortuū apte nolebat īsectari: ut ēt supra fecit: cū de theatris & porticib⁹ loq̄reť. ¶ Socios: romāi nois & fœdere nobis ꝺiūctos. ¶ Vectigales: soluētes tributū. Vectigalis is dī: q uectigal soluit & tributū: & sic ager uectigalis. Vñ accusať cæsar: q̄ agrū cāpanū ad sb̄sidia reip. uectigalē relictū diuiserit: Immūes dīr illi: q ñ st uectigales: nec ad aliq̄ ꝺ on⁹ obligāť: ergo īdignū erat latrōes eē imūes & socios uectigales. Munꝰ ingt iurecōsultꝰ uno mō dī ꝺ onꝰ: qd̄ cū remittit̄: uacatione militię muneriscq; p̄stat: ide īmunitas appellať.

¶ Trœzene: pelopōnesi ciuitas fuit. Trœzē: author⁹ e Stra. agri pisei sacra possidōi. i. neptuno a quo & possidōia olī ē appellata: a mari. xv. abest stadiis urbs īsignis portū hēt noīe mētū i ñ regnauit Pytheꝰ pelopis filiꝰ: uñ ait Oui. Pytheia Trœzē. ¶ Themistocles &c. Aliud exēplū. Themistocles deuicto rege xerxe: & in scapha piscatoria fugē cōpulso hr̄e se ꝺsiliū dixit atheniēsi ppl̄o: q d̄ eēt utilissimū. Sed id ipleri ñ posse: nisi eēt: q occultissimū. Atheniēses rñderūt ut illud cū aristide cōicaret: & si ab eo p̄bareť īplēdū eē. Aristides audito ꝺsilio utilissimū eē ñ negauit: sed turpe. Quo audito succlamauit ppl̄s ñ ē factēdū. Cōsiliū āt erat: ut classis Lacedęmōiorꝫ: q̄ erat ad gytheū cōburereť. Q d̄ cū fcm̄ eēt ñ erat dubiū qn atheniēses potirēť gręciæ. Gytheū āt spartanorꝫ fuit nauale nobile itra. cc. & .xl. stadia ædificatū hīsit nauiū stationē māu effossā: iuxta fluuiꝰ fuit eurotas author Strabo. ¶ Magna expectatiōe: nā ab oīb⁹ expectabať. ¶ Quāne &c. ignorābāt rē: & tñ repudiauerūt. ¶ Meliꝰ &c. Cōtraria iuxta se posita meli⁹ cognoscunť: dixit atheniēses cōtēpta utilitate rōnē habuisse hōestatis Romāos dicit ꝺtra piratas amicos hr̄e uoluisse: q oēm maritimā orā infestarāt. ¶ Pōpei⁹: captos piratas ad .xx. milia i colonias misit & īmunes eē uoluit: cū Romani socios & amicos populos uoluerīt eē tributarios. Ideoq; apud Lucanū Pōpeio hoc Cæsar obiecit. An melius fiēt piratæ o magne coloni. ¶ Vectigales. i. q uectigalia psoluunt: uectigal. n. est q̄quid pēdit̄: unde ager uectigalis uocať pro quo aliquid: quotānis ei cuius est proprietas persoluitur.

¶ Trœzene: i ea ciuitate pelopōnesi: ipsi obruerūt lapidibꝰ Cyrsilū quēdā suadētē ut manerēt in urbe & reciperēt xerxē pricipē inimicorꝫ. ¶ Atq; uel potiꝰ atq. i. sed tñ ille uidebať seq utilitatē. ¶ Sed ea nulla erat hōestate repugnāte. i. qa hōestas repugnabat. Themistocles dux Atheniēsiū post uictoriā eius belli: q̄d fuit cū Persis dixit i ꝺcioe se hr̄e ꝺsiliū salutare reip. sed nō eē opꝰ id sciri postolauit: ut populus daret aliquē qui cū. i. cū quo cōicaret sup. cōsiliū. Aristides uir ille sapiēs est datus: ille. s. Themistocles dixit sup. huic. s. Aristidi classem Lacedæmonioꝰ q̄ eēt subducta ad Gytheū illud nauale Lacedæmoniorꝫ posse incēdi dā: quo facto necesse eēt opes Lacedæmoniorꝫ frāgi. ¶ Quod cū audiuisset Aristides uenit in cōcionē magna expectatiōe sup. populi: dixitq; ꝺsiliū q̄ Themistocles afferret eē perutile: sed minime honestū. ¶ Itaq;. i. & ita Atheniēses putauerūt id ne utile quidē: q̄ nō eēt honestū: & repudiauerūt totā illā rē: quā rem ne audiuerāt qdē: Aristide authore. i. repudiationē approbāte. ¶ Meliꝰ sup. fecerūt hi q̄ nos: q habemꝰ piratas deuictos. s. a Pōpeio & i colonias diuisos: īmunes. i. liberos ab oi onere: & socios uectigales. i. pēdentes uectigalia q̄ tributarios.

PET. MAR. Pytheꝰ auꝰ troꝛzæni Mādoꝛniꝰ xerꝛxis dux

Themistoclis consiliū

Themistoclis consiliū ad aꝛistidem.

Regulꝰ Romā missus

Syllius

Vectiꝛgales.

Immunes

Munus

FRꝛNMAT.

Strabo.

Gytheꝰ spartaꝛnus.

Cæsaꝛris dcm̄ ad pōꝛpeium.

ASC.

PET. MAR. ¶MAneat ergo hoc:certū sit & cōstitutū inqt:nihil eē utile qđ nō sit hōestū:aīr putare calamitosū ē & malū: eū sit cōtra boni uiri decorē & dignitatē:& his q hoc errore ducū:calamitosus ē:& nō fœlix:ēt si id qđ cupit adipiscer etur:amittit.n. uirtutē:q nulla utilitate:si sine hōestate utilitas dici pt:repēdit. ℣ Sed incidūt sæpe causæ. Repetit Cice. id qđ supra ppo suit aīaduertēdū:disputādūq docet:cū utilitas cū hōesto uideaī pugnare:pugnet nec ne:& sic innuit cōsiderādas eē circūstantias tēporū:locorū:& pſonarū:ut plane cognoscaī qd ex oſtō sit:qd contra offīm. ℣ Plane:oīno. ℣ Eius gñis:similes & hmōi:cū q̄rimus an aliqd hōestū sit:& deceat:an ecōtra. Exponit qōnē sumptā ex dogmate stoicorū:quorū alteri socie tatē eorū q sancte: ac pure hāc sectā peperūt imitati sunt. Alteri uero talē rigiditatē minime secuti: & sanctitatē:aliter pſiati sunt q̄uis stoicū dogma pfiterent. ℣ Alexādria:ē urbs ægypti ad mare. ℣ Rhodos ē īsula maris pāphili iter Cyprū īsulā. ℣ Sapiēter:pfectū:& q scit iudicaī qd sit offīm:q̄lē antiq stoici uolebāt. Diogenes imitabaī recētiores stoicos: q nō nihil a ueteribus dissentiebāt: Antipr autē uerū stoicū agebat:& partes priscorū tuebaī. ℣ In hmōi causis:pt oriri addubitatio an aliqd sit oīno turpe: & iō affert iudiciū Diogenis stoici: & Antipri eius discipuli:quorū fuerunt Diogenes:authore Laertio. Prius Apolloniates physicus. Secundus Sycionius. Tertius sinopeus cynicus cognominat⁹. Quartus hoc de quo nūc agit:ex seleuca: appellatus āt Babylonius ob uicinitatē. Quintus Tarsensis qui de quæstionibus poeticis scripsit. Antipater Tyrius fuit.

Diogenes imitaī recētiores

Diogenis

Quintus Tarsēsis

FRAN MAT. ¶MAneat ergo. Cōcludit quotiēs inqt id qđ utilitas spēm hēt cū hōesto pugnare uīr oīno cōtēnaī. ℣ Ne tū qđē:ne ēt si adipiscēris id qđ utile uidebatur:& postea cognoscet repugnare hōestati: tenere uelis. Sed contēnito. ℣ Hoc ipm &c. ēt si nulla alia res peccares:ubi existimas utile qđ ē turpe:nō puta est calamitas:& dānum. ℣ Sed incidūt ut &c. dixit peccare uehemēter illū cuius aīus dubitat pponer ne dēat hōestati qđ utile uideaī. Sed qa accidē pt: ut aliqd uideaī utile:& minime ab hōesto remotū. Cōcedi dicit tādiu deliberare q̄diu cognitum fuerit: non esse aut esse in ea utilitate turpitudinem: sed ubi turpitudo inesse cognita fuerit:omnis consultatio subito amoueri dēt:ponit aūt exēplū cuiusmodi sit aliqd utile in quo q̄ri possit. Sit ne cū eo utilitas iuncta an otra forte ita accidē posset:ut rhodi magna eēt annonæ penuria. Alexādriæ uero copia p magna. Mercator qdā uir haud iprob⁹ frumēto nauē onerat:ut rhodū ueharī. Idem faciunt: & alii mercatores. Sed ipe prior soluit:& rhodū applicat: nesciūt rhodii paulopost magnā frumēti copiā affuturā:& iccirco cariꝰ ab illo uno mercatore emūt:qui uir bōus cum sciat naues alias paulopost affuturas frumēto onustas. Quærit retice ne dēat:an patefacere. Q đ dubitari pt:& q̄ri an qd utile sit illi uidelicet reticē:sit ne ēt hōestū. Diuersæ fuerunt opiniōes:& cōtrariæ duorū pſiorū quos ueluti iter se disputātes Ci. iducit. ℣ Incidūt:de mānifesta turpitudie dubitādū nō ē:qn sit penit⁹ respuēda:de q̄ ēt cogitare scelꝰ est:sed cū utilitas cū hōestate iūcta eē uīr dubitari pt. ℣ An possit an id qđ ē hōestū possit cū utilitate diūgi. ℣ Alexādria:q ē pricipalis ęgypti ciuitas ab alexādro cōdificata. ℣ Numerꝰ:q̄litatē. ℣ Idē:mercator uir bōus q frumētū aduexit. ℣ Dicturꝰ &c. añq frumētū rhodiis uēdat. ℣ Sapiētē &c. ñ q̄rim⁹ iqt qd uulgꝰ faceret. Nā dubiū nō ē uulgꝰ seq utilitatē. Sed q̄rimus qd uir bōus & sapiēs in tali re facturus sit. ℣ Sed dubitet:sit ne huic utilitati hōestas cōiūcta an cōtra. ℣ Diogeni babylonio. Fuit hic pīus stoicus ex se leutia:sed babylonius est appellatꝰ ob uicinitatē:author Iaertius. ℣ Antipatro:opinio antipri fuit:ut mercator ille uir bōus patefaceret rhodiis plures naues frumēto onustas affuturas:ēptor & uēditor noīa sunt ad aliqd. Nō pt eē emptor qn sit uenditor ob eā rē:qđ nouit emptor:nosse dēt & uēditor nouit hic uēditor magnā uī frumēti affuturā:id & emptores rhodii scire debuerūt. ℣ Diogeni:is ius ciuile seqī:uult.n. aliā eē rōnē pīi:aliā eorū q in repu. æquo iure uiuūt. Nā iure ciuili caueī:ut si aliqd uēdaī:& uitiū rei ñ apiaī:uēditio illa irrita sit:& rhedibitio fiat uitia tū nō oīa sūt aperiēda pter ea q̄ emptor cognoscere pōt nisi stultꝰ fuerit:ut uerbi cā:si uendā equū cecū uitiū illud iudicare nō teneor. Quoniā emptor ipse plane cognoscere pōt.

Mercatoris rhodit exēplū

Diogenes babyloniꝰ

ASC. ¶MAneat ergo.i.certū sit & firmū id qđ turpe sit nunq eē utile:nec tūc qđē.i.nō ēt tūc cū tu adipiscare.i.adipiscaris:id qđ putes eē utile. ℣ Enī p qa calamitosum est putare hoc ipm eē utile:qđ turpe sit. ℣ Sed incidūt sæpe cāæ ut dixi supra cū.i.in qbꝰ utilitas uideaī pugnare hōestati:ut sit aīaduertēdū.i.cōsiderare oporteat ne.i.an supple illud utile repugnet plāe cū hōestate:an possit diūgi cū hōestate. ℣ Eiꝰ.i.eiusmodi gñis sūt hæ qōnes si exēpli grā uir bōus pfectꝰ ab alexandria rhodū aduexerit magnū numerꝰ frumēti copia rhodiorū & fame:& sūma caritate annonæ:si idē sciat cōplures mercatores soluisse.s.naues ab alexādria:& uiderit naues onustas frumēto petētes rhodū i cursu.i.in nauigatiōe:ne.i. an sit dicturꝰ rhodiis id.s.cōplures naues aduētare:an uēditurus ē supple suū frumentū q̄plurimū.i.ualde care:nos fingimus: idest præsupponimus eum uirum sapientem & bonum & quærimus de deliberatione & consultatione eius:qui non sit

celaturus

Maneat ergo qđ turpe sit id nūq eē utile:ne tū qđē:cū id qđ utile eē putes adipiscare. Hoc.n. ipm utile putare qp turpe sit calamitosum est. Sed incidunt: ut supra dixi:sæpe causæ:cum repugnare utilitas honestati uideatur:ut animaduertendum sit:repugnet ne plane an possit cum honestate coniungi.



Eius gñis hæ sunt qōnes. Si:exēpli grā:uir bōus ab alexādria pfectꝰ rhodū magnū frumēti numerū aduexerit in rhodiorū inopia:& fama:sūmaq annonæ caritate:si idē sciat cōplures mercatores ab alexādria soluisse: naues q̄ i cursu frumēto onustas petētes rhodū uiderit dicturus ne sit id rhodiis:an suū q̄ plurimū uēdituruſ:sapientē:& bonū uirū fingimus de eius deliberatione & consultatione quærimus:qui celaturus rhodios non sit si id turpe iudicet:sed dubitet an turpe non sit in hmōi causis aliud Diogeni babylonio uideri solet magno & graui stoico:aliud Antipatro discipulo eius hoi acutissimo. Antipatro oīa patefaciēda:ut nequid oīno quod uenditor norit:emptor ignoret. Diogeni uenditorem

celaturus rhodios: si iudicet id turpe: sed dubitet an sit nō turpe. ¶ Aliud solet uideri i his causis Diogeni babylonio stoico magno & graui: alid solet uideri Antipatro discipulo eius hoi acutissimo. ¶ Antipatro sup. uidet oia patefacieda: ut ne qd emptor ignoret: & qd uēditor norit. i. nouerit. ¶ Diogeni sup. ut: uēditorē oportere dicere uitia eatenus supple.

quatenus iure ciuili cōstitutū sit dicere uitia oportere: cætera sine insidiis agere: & qm̄ uēdat uelle q̄ optime uendere: aduexi: exposui uēdo meū nō pluris q̄ cæteri: fortasse ēt minoris: cū maior ē copia cui fit iniuria. Exorit Antipatri ro ex altera pte. Quid agis: tute cū hoibus cōsulere dēas: & seruire humānæ societati: eaq; lege natus sis: ut ea hēas pticipia naturæ: qb⁹ parere: & q̄ sp sequi dēas: ut utilitas tua cōis utilitatis sit: uicissimq; eadem cōis utilitas tua sit: celabis hoies qd his adsit & omodi tatis & copiæ. Rndebit Diogenes fortasse sic: aliud celare aliud ē tacere: neq; ego nūc te celo: si tibi nō dico q̄ nā deorū sit: qs sit finis bonorū: q̄ tibi plus prodessent cognita q̄ tritici utilitas: sed nō qcqd tibi audire utile est: id mihi dicere necesse ē. Immo uero iqt ille: necesse est. Siqdē iter hoies nā meministi oiunctā societatem. Memini inquet ille. Sed num ista societas talis est: ut nihil suū cuiusq; sit? Quod si ita est: nec uēdendū quidem quicquam est: sed donandum. Vides in hac tota disceptatione non illud dici: quāuis hoc turpe sit: tamē quoniam expedit faciam. Sed ita expedire: ut turpe non sit ex altera aūt parte ea re: quia turpe sit: non eē faciēdū.

¶ QVAtenus: inq̄tū. ¶ Iure ci. cōsti. ē: quo cauetur: ut uēditor dicat uitia rei q̄ uēdit: aliter reticētiæ pœna cōstituta erat: de hoc paulopost diceī latius. PET. MAR.
¶ Sine insidiis: fraude & crimine. ¶ Cætera: oia alia posse celare extra crimē insidiarum. ¶ Aduexi: hæc sunt uerba uēditoris. ¶ Exposui. ad uēdendū. ¶ Exorit: opponit rōni ipsius Diogenis rō antipatri: q̄ uult bonū uirū lege naturæ iubēte cōi utilitati cōsulere dēre: & ad hūc finē ois actiones dirigere: qd si faciet nihil cessabit nihilq; tacebit: qd ex usu aliorū sit: quibus consulere dēt. i. puidere: & iō Antipatri: rō laudabilior ē: qm̄ ad coseruationē humānæ societatis spectat. ¶ Pricipia naturæ: q̄ uult: ut nihil putemus eē nobis utile: qd aliis noceat: aliter uiolabit ius humanæ societatis. Vicissim: mutuo. i. debemus putare uiolēte nā cōem utilitatē esse nr̄am: qd cū sit nihil celat: sed habet rō hōestatis: q̄ cæteris rebus bono uiro dēt eē antiqor. Et affert id qd Diogenes rndere potuisset & dicit aliud eē celare aliud tacere. ¶ Finis bonorū: summū bonū: ad qd oia referunt. ¶ Plus pdessent: ad pfectionē: & ad bñ beateq; uiuēdū. ¶ Siqdē iter hoies: uerba Antipatri. i. scis inter hoies eē societatē nālē. ¶ Inqt ille. Dogenes. s. ¶ Vides in hac: uerba sunt Ci. Sensus est: & ordo: in hac disceptatiōe nō dr̄ a Diogene: uēditor uēdit id qd uult magno pcio: q̄uis talis uēditio turpis sit: sed dr̄ ita eē utile: ut turpitudinē non hēat: & hoc est q̄tū ad Diogenē: q dicit talē uēditionē nō eē turpē: qm̄ nō pluris q̄ cæteri suū uēdit. ¶ Ex altera pte. i. ab Antipatro ostenditur id non esse agendū quod sit turpe: & sic Cice. ex tali disceptatione præceptum elicit. ¶ Ita expedire: ita esse utile. ¶ Ea re: pp id: quia turpe est: nisi emptor nouerit ea quæ uenditor. Celare & Tacere. in quo differāt Id n̄ eē agendū qd sit turpe.

¶ QVAtenus: quousq; inq̄tū: qa uitia q̄ emptor nulla rōne cognoscere pōt uenditor apire dēt: reliq̄ uero q̄ cognosci pñt tacere pōt. ¶ Cætera: q̄ legib⁹ excepta nō sunt: & qm̄. s. ut: Diogeni. ¶ Aduexi: uerba sunt qbus uēditor frumēti uti potuisset: aduexi. s. frumētū ergo pmiū p labore posco: & p piculo. ¶ Exposuit: ut uēderē. ¶ Meū: frumētū. ¶ Pluris: pcii. s. FRAN MAT.
¶ Fortasse minoris. s. q̄ emptū fuerit: ubi lucrū & dānū simul eē pñt: tūc Lucrū illud iustū ē. Qui Alexādria uehit frumētū exponit se piculo. Magna itē erat inopia cū portu nauē soluit. Quid si interi mercatores aliūde uenissent minoris q̄ emi uēdidissem: ergo piculū fuit cū dāno. ¶ Exorit &c. Validior ē Antipatri argumentatio. ¶ Diogenis. n. a iure ciuili Sumit: huius uero a iure nāli. Nālis rō id postulat: ut cōi hoium cōsulamus utilitati. Nec pt hēri bōus uir: & legē naturæ tuare q tacet qd aperiēdū ē. Nā ab offō bōi uiri penit⁹ discedit: si qd sæpe dictū ē. Sicut nā: ita ēt iudicio hoies nihil hūani a se alienū putarēt: nihil otra humanā fieret societatē: & nulli iferret iniuria. ¶ Hūanæ societati: pria societas ē oium hoium iter se de q̄ nūc logī. ¶ Pricipia naturæ: cōem uidelicet itelligētiā. ¶ Vt utilitas &c. ut nihil tibi utile sit: & qd sit utile cæteris: id tibi ēt utile ducas. ¶ Aliud ē celare &c. fateor inqt celare utile eē sine hōestate. Sed aliud ē celare: aliud tacere: nō. n. si taceo celo. Si nō dixero finē bonorū & malorū. Quæ sit natura cœli &c. q̄ occulta sunt uulgo: nūqd te celo? minime. Et tñ hęc tibi utiliora eēnt q̄ apire uī magnā frumēti affuturā: & ē argumētū a mīori ad maī⁹. Si licet tacē ea q̄ maiorē utilita tē afferūt: licet ēt tacē q̄ mīorē. Maior ꝓposito nota ē: & a nullo negabit: mīor ipugnari posset q̄ ꝯfirmat. Maior utilitas est scire qs finis malorū &c. qa nullū uitiū cōmitto: ergo tacē ea q̄ mīora sūt nullū erit uitiū. ¶ Q d tibi utile &c. nimis magnū & difficilē laborē suscipet. Qui oia hoī dicē uellet: q̄ ei eēnt utilia: & iō recte refert. ¶ Si qdē meministi: rndit antipr̄ nūqd oblit⁹es qd nālis rō pscribit uidel; ciūctos eē hoies nāli societate: ut nihil ꝓpriū uelim⁹ qd nō aliis cōicem⁹. Nā qbus data ē rō: his dē data ē & recta: rō q̄ ē lex phibēdi & iperādi: hac rōne ita iter se hoies ciūcti sunt: ut nihil sit cuiusq; ꝓpriū qd nō fit aliis cōe. ¶ Memini uidelicet eē societatē nālē. Sed dic mihi nūqd ista societas q̄ hoies iter se ciūcti sī eiusmodi ē: ut nēo aliqd ꝓpriū possidē possit. ¶ Q d si ita ē &c. Argumētū ē a sequēti absurdo. Si nihil suū cuiusq; ē: sequī ñ absurdū: ut donādū sit. Ex quo ꝓbat aliqd suū cuiusq; eē: & utiq; Dilemate. Aut iqt aliqd ꝓpriū cuiusq; ē: aut ñ ē: utrū cōplexo fueris negari pt. Si aliqd suū cuiusq; eē negaueris. Sequī q̄ nihil uēdē licet. Sed dōare. Nā si oia sūt mihi cū aliis cōia sequī nihil uēdi posse. Cōtra si aliqd cuiusq; ꝓpriū ē aliqd uēdi pt. ¶ Vides in hac to. Ex hac disputatiōe infert Cice. qd uterq; plus nihil uult utile eē: qd idē hōestū ñ sit. Nec ab eo discedit: qd uelut fundamētū hō⁹ ꝓpositiōis dispēsauit. Nihil eē utile qd idē hōestū nō sit. ¶ Nō il. dici. Vterq;. n. illud respuēdū fatet: qd utile ur. Si hōestū nō sit. ¶ Ex al. āt. Ex Diogēis ꝓpria disputat: & colligit nō eē turpe: & iccirco utile uideri. Ex antipri uero ea re q̄ turpe sit ñ eē faciēdū. Antipr̄ dicit nō eē reticēdū. Quia sit turpe reticē Diogenes uero uult reticeri posse. Quia nō sit turpe: & hoc mō eūdē uterq; finē respicit. Celare & Tacere. in quo differāt Id n̄ eē agendū qd sit turpe. Dioge. & Antipater.

¶ QVAten⁹ ostitutū sit a iure ciuili & agē cętera sine īsidiis & qm̄ uēdat sup. dicē uelle uēdet q̄ optime. i. clarissime dicēdo. s. aduexi sup. has merces ex aliēis oris: exposui sup. pciū eaq;: ego uēdo meū nō pluris q̄ cęteri: & fortasse ēt mīoris. i. mīori pcio: cū maior ē copia cui fit iniuria. q. d. nlli. ¶ Rō an. dicētis oia eē fuelāda exorit: ex alta pte Dic. n. sic. ¶ Quid agis cū tute. i. tuipe dēas osulē & fuir̄ societati hūanę: & cū sis nat⁹ ea lege: ut hēas ea pricipia nāæ: qb⁹ dēas patē & q̄ debeas seq sp: ut tua utilitas sit cōis utilitatis. i. redūdet i cōem utilitatē: & ut ea utilitas cōis sit uicissim. i. ecōuerso tua: celabis tu hoies: qd utilitatis & copię adsit. i. ꝓponat: aut aduehat uenale his q̄si dicat nō decet te id facē. ¶ Diogenes rnde, ASC.
bit fortasse sic. ¶ Aliud ē ce. i. occultare: aliud tacē: neq; ego celo: nūc te: si ñ dico tibi q̄ sit nā deorū: & qs sit finis bonorū q̄ bona cognita. i. si cognoscerent prodessent tibi plus q̄ utilitas tritici. ¶ Sed non est mihi necesse dicere id tibi: quicquid utile

est tibi audire. ℣ Ille. s. Antipr̃ ingt ĩmo uero necesse est qdē. i. certe si meministi societatē eē cōiunctā nā. i. per nām ītet hoies. ℣ Ille. s. Diogenes inquiet ego memini supple societatē eē: sed num. i. nūquid ista societas est talis: ut nihil sit cuiq; suū. i. propriū quod si est ita nec uēdendū quidē est quicq̄: sed donandū. ℣ Vides (inquit Cice.) in hac tota disputatione nō illud dici: quāuis hoc sit turpe: tamē ego faciā: qm̃ expedit. i. utile est & expediens pro tpe. ℣ Sed ita expedire: ut nō sit turpe: aūt pro sed tu uides supple ex altera parte non esse faciendū ea re. i. ea de causa: qa sit turpe.

PET. MAR.

¶ QVOD si uirtutes sunt pares inter se: necesse est uitia ēt esse paria: cōsequētia rursus bona: qa oppositorꝫ eadē est ūsciplina: sed ꝑsuppositū minus uerꝫ: & ꝓbatio ei⁹ inualida cū addit. ¶ Atq. i. sed certe pōt ꝑspici. i. pfecte uideri facillime uirtutes eē pares nec meliorē eē uiro bono. i. q̄ sit is qui uir bon⁹ est dicēdus qđ nō est dicēdū nisi Stoice dicamus nemīnē eē uirꝫ bonū: nisi oēs numeros habeat bonitatis qualē Sto. neminē reperiet: nos tm̄ unū saluatorē nostrū: qa nō est qui faciat bonū nō est ūsq; ad unū. Et unus ē bonus deus nr̄. Sed est nēo sit bonus ꝑter deū id nihil faciat ad īstitutū: eo aut mō quo hoīes dīr boni: est alius alio melior: & ita uirtutes nō sunt pares aliogn hmōi adiectiua nō reciperēt cōparationē. Et reuera multæ sunt q̄ si ꝓprie accipiant augeri nō possint: & tm̄ in ꝓprietatē cōparationē hnt: ut iustus sit is cui pertus desit: aut supsit ad iustitiā: sed ad ordinē: & pt ꝑspici nec tēperātiorē eē tēperāte. i. eo q uere ē tēperās. Quia sm̄ Sto. si in aliquo minus tēperās fuerit: nō sit dicēdus tēperās: si i illo nō tēperās: ergo tēperatissimus: nec fortiorē forti: nec sapiētiorē sapiēte. Verꝫ i his dicem⁹: qꝫ si uirtute ꝑdit⁹ tm̄ sit dicēdus: cui numeri eiusdē cōueniūt neminē eē talē: nec tm̄ ōtinus seq uirtutes eē pares: qa quicūq; habet uirtutē aliquā sm̄ oēs numeros: is dicendus erit ea prædītus: & bonus & studiosus: qa in nullo uitiosus: aliter nō hr̄et oēs numeros: & tm̄ pōt fieri: ut alius habeat eosdē numeros magis ītēsos: qui melior erit dicēdus: & ita uirtutes nō erūt pares: uñ sicut lignū calefactū nō pōt nō dici calidū: & tm̄ minus calidū est quā ferrum cādēs: ita habēs fortitudinē prīo gradu nō est nō fortis: & tm̄ est fortissimus. Author tm̄ nititur probare oīs numeros bonitatis esse in quolibet qui merito dicēdus sit bonus: sed nō ꝓp ea ꝓbat quin auctiores numeros unus habeat quā alius: ut uerbi gratia. In cælo nemo est qui quicquā habeat uitii: tm̄ nec uirtutes nec uirtutū præmia in eodē obtinēt gradu. Dicit autem sic. ¶ Et potest facillime perspici: nec sapientem esse sapientem: quæ omnia probantur sic. ¶ An dicis uirū bonum qui cum posset lucrari: scilicet detinendo impune: ideſt sine punitione & pœna ab iudice infigēda depositum: ideſt rem depositam domi suæ nullo teste: ideſt clam omnibus præterquam se & deponente reddiderit decem pondo: ideſt libras auri: si idem: scilicet depositarius non fecerit idem: scilicet eandem rem: hoc est restitutionem in decem milibus pondo: ideſt libra: quasi dicat minime dicendum bonum: ideſt iustum: quod uerissime dicat non: tamen continuo pariter bonos arguit. ¶ Nam fieri potest: ut qui decem pondo amore dei & iustitiæ reddiderit plus mercatur q̄ qui mile: sicut uidua quæ duo minuta in gazophilatium misit: quia effectus non affectus remuneratur a Deo: deinde boni uiri non dicētur tantum qui declinant a malo: sed qui faciunt bonum. ¶ Quocirca etiam: si: omnes iusti indifferēter declinent a malo: ita ut penitus nihil iniusti admittere uelint: tamen non statim erunt æque boni: quia alius alio poterit plus boni: aut cum maiori caritate & gratia facere. ¶ Aut an dicis eum temperantem: qui continuerit in aliqua libidine & effuderit: penitus exposuerit in aliqua. s. alia: utpote uehementior: quasi diceret minime: & id uere: sed ut prius.

Quid offēdit in uno factō est oīum reus: ut scilicet Iacob⁹ ī sua canonica

¶ VNA

OMNI BONI.

¶VNA uirtus consentiens:uirtus enim semper sibi constitit:hoc est nunquam assentit uitio neq; alteri: sed semper sibi consentit cum ratione:atque constans est. ¶ Perpetua:aut quãuis aliquis tempore steterit castus:postea in aliqua peccet libidine:non dicitur temperatus:quoniam castus non est. ¶ Nihil addi potest:ergo comparatiua non sunt: & sicut aliqd addi non potest:sic etiam aliquid nõ diminui:quoniã si a uirtute desistit:definit esse bonus hoc modo ad liberalitatem quã oportet. Sunt autem duo qui pane indigent:famelicus unus:alter uero nõ:si illi qui non est famelicus panem do:nõ appellor liberalis. Nam quãuis dederim cui oportet indigenti & quãtum oportet:non autem dedi quãdo oportebat:desino ab illa & illiberalitate & uirtute. ¶ Nihil recto rectius:si enim aliqua linea sit quæ non minus recta sit:sed alia rectior:illa definit esse recta:quoniã aliquam habet in se iniquitatẽ:quia linea recta alia rectior fieri non potest: quia prior recta non esset: sic etiam aliquis melior non reperitur bono: sequeretur autem q; ille qui bonus dicitur ab aliqua bonitate desisteret: ergo bonus non esset: igitur melior aliquis bono esse non potest:quia uirtutes pares sũt ergo facta quæ proficiscuntur ab ipsis debent esse paria:& uitia quæ fiunt contra uirtutes paria necesse est ut sint:& est conclusio. ¶ A philosophis inquit probat per authoritatem philosophorum q; peccata sunt paria:intellígamus enim esse paria ad similitudinem peccatorum: hoc est cædes omnis æqualis est:sic omnis líbido æqualis est. ¶ Inquit aduersarius:hæc sumis a philosophis præcepta. ¶ Ne a lenonibus:computat hoc dictum ac si dícat:hoc enim uolo:ut dícas. Socrates dísputat ísto mõ:uerba sunt aduersarii quem sic Cicero introducit: ut auditoribus ostendat hanc rationem nõ fuisse sumptã nisi a doctissimo uíro. ¶ Doctum:ad sententiam. ¶ Sapientem:omni uirtute prædítum:quí græce σοφὸς dícitur.

una uirtus est cõsentiens cũ ratione oĩ & perpetua cõstãtia. Nihil huic addi põt:quo magis uirtus sit: nihil deniq; demi:ut uirtutis nomẽ relinquat. Etení si bñfacta recte facta sũt:nihil recto rectius est:certe nec bono qdẽ melius qcq̃ ĩueniri p̃t. Seq; igit ut ét uitia sint paria. Si qdẽ prauitates aĩ recte uitia dicũt. Atq; qm̃ pares uirtutes sunt:recte facta quãdo a uirtutib⁹ ꝓficiscũtur paria esse debẽt. Itẽq; peccata qm̃ ex uitiis manant sint æqualia necesse est:a philosophis íquit ista sum is: metuebã ne a lenonibus diceres. Socrates disputabat ísto mõ:bene hercule narras:nã istũ doctũ & sapientẽ uiꝝ fuisse memoriæ traditũ est. Sed tñ quæro ex te qñ uerbis inter nos contendimus:non pugnis: utrum potius de bonis est quærendum:quid baiuli atq; operarii:

σοφὸς dicitur sapiens oĩ uirtute p̃dit⁹ FARNMAT.

¶VNA uirtus & cætera:probat uerum esse quod dixit ex descriptione uirtutum:quæ est habitus animí in naturæ modum rationi consentaneus:hæc uirtus consistí in faciendis & non faciẽdis. Nunquam autem appetitui seruit:ĩmo illi semper dominatur:& perpetuo cum ratione consentit:per quam homini prima cum deo cognatio est. Cum uero deus homini rationem dedit:& rectam rationem dedit:quæ est naturalis lex:ímperans nobis quæ facienda sunt:& prohibens cõtraria. Est autem bonus syllogísmus:quo unam esse uirtutem & augeri uel minui non posse ostẽdit:hoc modo:si una est uirtus consentiens cum ratione & perpetua constantia nihil huic addi potest: relinquitur conclusio:ergo neq; bono uiro melior:neq; forti fortior:neq; temperato temperatior esse potest. ¶ Denì:quícquid enim demeretur uirtutis nomen tolleretur. ¶ Etenim:bonum & rectum conuertuntur:quícquid autem rectum est rectius esse non potest:ut línea quæ si recta est rectior fieri non potest:& si hæc illa rectior duceretur:sequeretur illam rectam non fuisse:eodem modo cum rectum & bonum sint idem:quícquid bonum est:esse melius non potest:quoniam si bono melior eẽt:sequeretur eum qui bonus est:bonum non esse:cum bonitas augerí aut minui non possit. ¶ Atqui:& cætera. Sí pares sunt uirtutes ut dictũ est:& quæ ex uirtutibus opera oríuntur paria sint necesse est. Semper enim pars sequitur totum. Si autem uenientia a uirtutibus paria sunt:& peccata quæ ueniunt a uitiis necessario sunt æqualia. ¶ A philosophis. Quod probauit rationibus:id authoritate confirmat omnia:scílicet peccata paria esse:ut sicut omnis cædes par est:ita líbido omnis par sit. Facit autem quẽpiam sibi occurrere quæ dísseris de paritate peccatorum a philosophis sumis Cicero:quasi dícat admittenda propterea non sunt q; incredíbilia dícunt philosophi:cui irrídens respondet Cicero: timebam ne peteres a me acciperẽ ne hæc a lenonibus:quasi dícat a quibus cõmodius:& melius hæc accipere possum q̃ a philosophis:qui hæc sciũt & quotidie dísputant:habentibus autem peritiam rei credendum est. ¶ Socrates:primus is fuit qui dixit pares esse uirtutes:& paria uitia:& sunt aduersarii uerba. ¶ Bene hercle: Ciceronis responsio. ¶ Istum: Socratẽ. ¶ Doctum:quãtum ad scientiam. ¶ Sapientem:quantum ad mores:de quibus ut supra díximus primus dísputare íncœpit. ¶ Quid baiuli:quasi dícat quærendum est quid docti senserint:non quid indocti. ¶ Baiulos:authore Põpeio dicebant antíqui quos nunc operarios uocamus:unde adhuc operari baiulari dícitur:sed non eos baiulos intelligímus quos gerulos nominauit antiquítas: q; onera gerunt:græce βαστάζουτες dícuntur:operarii uero ἐργάτι qui díuersa exercent opera.

Baiuli qui sint

¶VNA ídest una quæq; uirtus est consentiens cum omni ratione & perpetua constantia:ita ut ís in quo uirtus dicatur: nihil unquã faciet:aut saltem facere proponit contra rationem:& id quoq; uerum:sed in proposito: & in facto sunt gradus: qui dísparia faciunt merita. ¶ Nihil potest addi huic:scílicet alícui uirtuti:quo ídest ut uel per quod sit magis uirtus potest tamen addi:ut sit maior uirtus:& deniq;:ídest etiam si ad ultímum pensitetur nihil potest demi hinc:ídest ab hac: hoc est quauis uirtute:ut nemon uirtutis relinquatur:ídest ita ut maneat tamen uirtus:ímmo potest intentio & feruor:ita & uirtus maneat non minus propríe q̃ prius:sed tamen minor. Verum hæc theologi nostri argutius dísputabunt. ¶ Etenim si benefacta:& cætera. Hoc argumentum in eodem hæsitet luto. Nam esto rectum & æquum non fuscípiant: magis & minus ita ut línea pedalis si modo sit uere recta. non sit minus recta quam línea quadrupedalis. Non tamen continuo:erunt pares:aut paria recta:sed pariter aut æque. Sic uirtus quæ recta est:non minus est recta in martha q̃ in maria:est:tamen minor:sed hoc saxum satis uoluimus:ordo est. ¶ Etenim:ídest certe si bene facta sunt recte facta:quía níhil est rectius recto:certo nec quídem:ídest nec etiam quícquã potest inueníri melius bono:ímmo potest si melius sit nomen præsertim. ¶ Igitur sequitur:ut etiam uitia sint paria:quía ut díxit ex Arístotele. Oppositor est eadẽ dísciplina:sed quia ídem tertio æthicorum dícit:q; tanta est offensa:quãtus quí offenditur:quis neget contumelíosum in deum:aut parentes maius habere uitium:quã qui in uilíssimum quemq; hominem. ¶ Atqui:ídest sed certe:quoniã uirtutes sunt pares recte facta:quando ídest quando quídem proficíscuntur a uirtutibus debent esse paria:uídetur sequela satis probanda:sed assumptum:ut díxi:ínualídum est:& non continuo bonitas facta a uirtute naturalí:sed a gratía dei ipsum acceptantis depeudet. ¶ Itemque:ídest & consímiliter peccata quoníam manant: ídest profluunt ex uitiis necesse ut sup. sint æqualia. ¶ Inquis scílicet tu qui es plæbeius: aut inuídulus:o Cice. tu sumis ísta a philosophis:utpote a Stoicis:ad quod

ASC.

Cicero per irrisionem. ¶ Metuebam ne diceres q̄ sumerem a lenonibus. ¶ Et si dicis: q̄ So. disputabat isto modo: bene tu narras bene: idest conuenienter mihi. ¶ Nam traditum est memoriæ: istum scilicet quem mihi obiicis So. fuisse uirum doctum & sapientem. ¶ Sed tamen: quæro ex te q̄n. i. q̄nquidem nos contendimus inter nos uerbis: non pugnis utrum de bonis: idest quando quæritur de bonis quærendum est potius quid senserint baiuli: idest uilissimi & rudissimi homines qui baiulādis: idest portandis mercibus & sarcinulis uictū tenuē uix unciatum lucrantur: unde uulgo lucratores denariorū (gaignedeniers) dicuntur: atq; quid operarii mœchanice uulgo dicuntur senserint: an sup. q̄rendū est.

OMNI BONI. ¶ AN qd homines doctissimi: quasi dicat unusq; q̄ suæ artis disputator est optimus. ¶ Nō modo uerior: hæc sententia nō solum uera: sed etiam utilis: q̄ utile hominibus: ut parua sane scelera & magna ee existimaret. ¶ Si priuatis: ac si in magr̄atib⁹ manus inferāt: si quis dubitabit esse in homine nullum discrimen in uerberādo hominem priuatum: & se magnopere a peccatis abstinet magistratus autem est officium quod appellatur græce αρχη & personam gerentem officium quā græci uocant αρχοντα eandem esse labem: siue matrona nobilissima: siue ancilla fecerit stuprum omnino erit equalis libido. ¶ Nihil ne igitur: distinguit quod aliquādo sit honestum extinguere patrem: & hoc sine scelere posse fieri: & aliquādo scelus est necare seruum. ¶ Nuda ista: responsum quod sit iuste occidere patrem & seruū: si enim occidit seruum per furiā & patrē æquale peccatum est: quātum ad necesse: inquit igitur nuda sūt ista interrogata: quæ facile non iudicare possūt utrū sint parua nisi distinguā quomō hæc cædes fieri potest. ¶ Patrē priuare uita scelus per se: bene dicit q̄ aliquādo licet occidere patrem sine peccato. ¶ Saguntini: populi hispaniæ uidentes se uenturos in manus barbarorū & carthaginēsiū: quorū tūc imperator Hānibal erat piram grādem in foro instruebāt: ubi se morti tradebāt: seniores uero filios suos explorabāt: ut eos uita priuarent: saguntini uero sine culpa patres occiderūt: hoc autē p̄m gētilium fidem licebat: quod minime christianis licitū est. ¶ Parricidæ fuere: interrogatiue: ¶ Sine iniuria nō p̄t: aliq̄n accidit qd̄ p̄uus occidi nō p̄t nisi cū scelere: ut p furiā: seruū necāt nefastē.

Saguntini

FRAN MAT. ¶ AN quid homines. Quam quisq; nouit artem in hac se exerceat iquit Cicero in tusculanis quæstionibus. ¶ Hanc sententia: hoc paradoxo: q̄ peccata oīa paria sint in suo genere non ad diuersa genera cōparata. ¶ Nec utilior. Et q̄ utilior non sit mox ostendit. ¶ Quæuis. Quæ potentia. ¶ Arcet: phibet. Trahitur autem a græcorum magistratu hoc uerbū quem illi αγχοῦ uocant: in cuius potestate est: uel cogere uel prohibere. ¶ Discrimen. Differentiā: ut idem sit paruum peccatum & magnum ratione quam supra diximus: qui enim hoc intelligit & credit: is ab omni abstinet peccato: q̄ si persuasum fuerit peccatum aliud alio maius esse: a maioribus tātum fortasse abstinebunt nōnulli minora licentius quotidie perpetrabunt: quod nō facient si hanc admiserint propositionē æqualia: scilicet esse peccata. ¶ Si priuatis: & cætera multi abstinent ab iniuria magistratibus inferenda: iidem uero priuatos passim lædunt: quod illud grauius: hoc leuius arguunt peccatum. Sed cum intelligent paria esse delicta: non minus priuatis parcent q̄ magistratub⁹: priuatus: & magistratus contraria sunt. ¶ Quamcūq; domum siue diuitiis: siue pauperis: siue nobilis: siue ignobilis. ¶ Nihil ne & cætera obiectionem contra se format: dicere enim potuisset quispiam: ergo sententia tua tātūdem est patrem ac seruum occidere: non est tantūdem: ut inquit: quoniā accidit: ut & parentem occidere sine scelere liceat: & seruum non liceat. ¶ Nuda: ista est Ciceronis responsio qui dicit æquale esse peccatum patrem ac seruum occidere: si eadem causa uterq; occiditur per iram. Nuda ergo non adiecta causa: quæ efficere potest: ut patrem necare scelus non sit: seruū uero occidere scelus. ¶ Patrem uita & cætera. Si inquit Cicero occidere patrem nulla adiecta: causa scelus: est dic mihi scelus ne fuit Saguntinis parentes occidere ne in seruitute uiuerent: quasi dicat scelus non fuit: neq; sunt parricidæ nominandi. Causa enim quam pulsi sunt honesta fuit: satius enim mori est q̄ libertatem amittere: & turpiter uiuere. ¶ Saguntini: hispaniæ ciuitas est saguntus a zacynthiis condita est: adhiberi amnis exitum sita: quam Hannibal contra fœdera Populi Romani diruens secundi belli punici suscitauit incendium. Nouem autem mensibus fessi saguntini fame machinis: ferro: uersa denique in rabiem fide immanem in foro excitarunt rogum: tum desuper se suosq; cum omnibus opibus ferro & igni consumpserūt: scribit hanc historiam Liuius libro trigesimoprimo ab urbe condita. ¶ Parricidæ fuerunt: quasi dicat minime fuerunt parricidæ: ergo & cætera. Sicut & Saguntini sine scelere uitam parentibus ademerunt: ne fidem datam Romanis fallerent: & illi in seruitute uiuerent.

Saguntum ci. hispāiæ in secūdo bello puni co deleta

ASC. ¶ QVID homines doctissimi: quasi dicat nimirum quod doctissimi: præsertim cum hæc sententia non modo uerior sup. sit sed legendum credo hac: ut sit ordo. ¶ Præsertim cum non modo ulla sententia uerior hac sententia: idest quam sit hæc: sententia censens omnia uitia esse paria: & ob id pariformiter punienda. ¶ Sed ne quidem: idest non etiam (quāuis ld potius uideatur) utilior possit reperiri. Probat utilitatem: quia ab omni scelere indifferenter arcet dicens. ¶ Enim pro quia: quæuis idest potestas: aut authoritas arceat magis homines ab omni improbitate: quam si senserint nullum discrimen: idest nullam differentiam esse in delictis: quasi dicat nulla: & q̄ si senserint æque: idest æqualiter (unde scribendum est: æque non æque peccare si manus inferantur priuatis: scilicet magistratu: ac si inferantur magistratibus: idest in officio publico existentibus: ut consulibus: prætoribus: ædilibus: & cætera. Et q̄ si senserint eandem labem libidinis esse in quamcunq; domum: scilicet nobilem siue ignobilem: seu pauperem: seu diuitem intulerint stuprum: quasi dicat nulla. Verum quia nemo sine crimine uiuit: si hoc esset persuasum male ageretur cum multis a quibus nunc abstinetur. Præterea multi de uenia desperantes damnarentur cum Cayn iuda qui nunc ueniam exorant cum Petro & Paulo. ¶ Nihil ne igitur. In solutione huius obiectionis multo sanctius loquitur: q̄ in superioribus. Vult enim facta quæ in se essent paria ex diuersis causis & uoluntatibus fieri imparia quod quidem uerissimum est: sed ex eo arguuntur uitia non esse paria: quia qui ex leuiori attentione peccat minus peccatum. Vnde maius erat peccatum iudæorum ex malitia & inuidia peccantiū q̄ & pilati principis ex ambitione & timore. Sed ad ordinem. ¶ Igitur: nihil interest. (¶ Nam aliquis hæc dicit aut

cit aut dicet:ideſt obiiciet mihi)an quis necet patrem:an ſeruum reſpondet:ſi tu potes iſta ſcilicet occidere patrem & ſeruum:nuda ideſt ſine additione cauſæ & intentionis occidentium ipſa non poſſunt facile iudicari qualia ſint:ſcilicet an uitioſa:an non:quia utrunq; uitioſe & utrunq; citra uitium fieri poſſe arbitratur:unde addit. ℣ Si priuare patrem uitia eſt ſcælus per ſe:ideſt a toto genere & ſimplr quacũq; occaſiõe adiecta. ℣ Sagũtini ppli illi in Hiſpania romanis cõfœderati q̃ maluerunt parẽtes ſuos emori:imo cõburi liberos.i.tãtſper dũ eſſent liberi:q̃ uiuere ſeruos.i.ĩ ſeruitute ſub hãnibale: uerunt parricidæ.i.dicẽdi occiſores patrũ: & tñ laudanť ab hoĩbus:tãq; benefecerint ac fortiter. ℣ Ergo uita poteſt adimi.i.demi & auferri:&.i.ẽt parenti ſine ſcelere:& ſi uita nõ põt ſæpe adimi ſuo ſine iniuria:utpote quãdo nil peccauit:aut etiam bonum opus fecerit:ut ſit tyrannum qui amicus erat domini occiderit:aut bonum ciuem inimicus eſt domi ſeruauerit.

Cauſa igitur: hæc:non natura diſtinguit. Quæ quãdo ultro acceſſit:id fit propenſius. Si utroq; adiuncta eſt eadem cauſa:paria fiant neceſſe eſt. Illud tamẽ intereſt quod in ſeruo necando:ſi id fit iniuria:ſemel peccatur: in patris uitia uiolanda:multa peccãtur. Violatur is q̃ procreauit:is qui aluit:is q̃ erudiuit:is qui in ſede hac & domo:atq; i rep.collocauit:multitudinem pcõꝝ põſtat eoq; pœna maioꝝ dignᵒ ẽ. Sed nos ĩ uita nõ q̃ cuiq; peccato pœna ſit ſed q̃tum cuiq; liceat ſpectare debemus.

℣ CAVSA igitur: non naxtura diſtinguit ſcelus: quia occidere patrem & ſeruum per furiam Idem eſt:ſed ipſa cauſa diſtinguit:q; aliquando licet occidere patrem ſine ſcelere:ſic etiam ſeruum:& aliquã do ſeruus non poteſt necari niſi culpę commiſſa: ut demonſtrauimus:quo facto:quia ſponte ſua accidit tu indinaris illud facere poſſumus:ſcilicet morti patrem tradere:ut fecere ſuperius nominati ſaguntini: qui ſuos necauerunt patres ſine ſcelere propter cauſa m ſeruitutis futuræ in manus hoſtiũ. ℣ Si in utro q; cauſa coniuncta:ſi uero necatur pater & ſeruus:eadem de cauſa uel per indignationem:tunc illud par dicitur eſſe ſcelus:notando tamen q; quẽadmodum interuenit occidendo patrem ſine ſcelere:ſic etiam contingit poſſe periſe ſeruũ peccato non cõmiſſo:quidam amore libertatis tyranno parabat inſidias cuius conſilii ſeruus conſcius erat: tyrannus intelligens hoc totis uiribus inquirebat:ille autem ne ſua conſpiratio gratia libertatis contracta in publicum deduceretur ſeruũ mori fecit:quæ occiſio ſecundum moralem opinionem delicto caruit. ℣ Illud:inquantum ad occiſionem ſerui & patris nihil intereſt:ſed ad perſonam in qua eſt differentia:in ſeruo enim una ſola moritur perſona:ſed in patre quatuor necantur perſonæ:ſcilicet creator:alumnus:præceptor:& honorator. ℣ Is qui erudiuit. C ato Cenſorius uoluit ſuos docere filios:quo maiorem erga ipſum amorem gererent:ſolebat enim Alexander magnus dicere:q; non minus Ariſtotelem p̃ ceptorem q̃ Philippum patrem diligeret. ℣ Multitudinem peccatorum:multa peccnata cõmittuntur in perſona paterna: quæ in ſeruo fieri non põt. ℣ Eaq; maiore:antiqui maiore ſupplicio parricidas afficiebant q̃ alios homicidas: q; parricida in aculeo:una cum ſimia & ſerpente proiiciebatur in pontum. ℣ Sed nos:non enim ſpecto pœnam quæ datur peccãtibus:quis.n.ignorat q; maior attribuit pœna parricidæ q̃ homicidæ:ſed cedis nomen quã animaduertere ſoleo quod quãtum cuiq; animaduertere debemus:quantũ cuiq; ſit eſt nemini licitũ occidere:rõ quiſquis ſiue magnus: ſiue paruus necatus idem erit: quoniam fit contra licitum:non ſpecto pœnam qua peccatores afficiuntur.

℣ CAVSA igitur:peccata inquit cauſa diſtinguit non natura. Idem enim ſunt natura peccata eiuſdem generis: cauſa ſeparantur:quoniam non eſt ſcelus patrem occidere ſi iuſta cauſa eſt:& ſcelus eſt occidere ſi iniuſta cauſa eſt Saguntinis non fuit ſcelus parentes occidere. Cauſa enim qua moti ſunt iuſta extitit:ſcilicet ne in ſeruitute illi uiuerent. ℣ Quæ:cauſa. ℣ Vltro:non accerſita a nobis:multi enim ultro cauſas malefici quærere ſolent: ne uideantur ſponte peccaſſe: quod Seneca ait:ut facta cernantur animus non uideatur. Vel ultro hoc eſt cauſa ratiocinatiua non impulſiua. Eſt enim ratiocinatiua cauſa cum diligens & conſiderata faciendi aliquid & non faciendi cogitatio præcedit. Impulſiua uero quæ ſine cogitatione per quandam affectionem animi facere aliquid hortatur:ut amor:iracundia. ℣ Propenſius:promptius: facilius. ℣ Si utroq;:& cætera. Si pater & ſeruus eadem cauſa necantur:ut ira:par ſcelus dicitur eſſe quãtum ad cauſam ſpectat:& quemadmodum pater ut dictum eſt:ſine ſcelere occidi poteſt. Sic & ſeruus ſine ſcelere necari poteſt:ut ſi quis ſeruum occidat conſcium coniurationis in tyrannum:ne eam detegat ſi detecturum forte minetur. Satius eſt enim unum perire q̃ multos quos tyrannus occideret coniuratione intellecta. ℣ Illud tamẽ intereſt. Inter cędem patris & ſerui quæ ex eadem cauſa profecta ſit multum differt:non:quantum attinet ad cauſam:ſed quantum ad euentum ſpectat:ut oſtendit. ℣ Semel peccatur. Vna enim dumtaxat perſona necatur. ℣ Iniuria:iniuſte & aduerbium eſt. ℣ Multa:quatuor ipſe dicit peccati. ℣ Q ui procreauit filius non debet illud patri eripere:quod ab eo ipſe accepit:uidelicet uitam. ℣ Q ui erudiuit. Erudire pater filios dicitur ſiue ipſe laborem erudiendi ſuſtineat:ſiue impenſam:& alii curam mandet: eaq; in re diligens ſit. Cato cenſorius filium ſuum ipſe erudiuit. Philippus Alexandrum filium ab Ariſtotele philoſophorum principe erudiri uoluit. Q uantum uero iis:a quibus eruditi fuerimus obligati eſſe debeamus Alexander docuit:qui dicere ſolebat ſe non minus Ariſtotelem amare q̃ patrem:q; ab hoc uiuendi: ab illo bene uiuendi rationem & cauſam aſſecutus eſſet. ℣ Pœna maiore. ℣ A pud ueteres grauiores pœnæ parricidis propoſitæ erant q̃ cæteris homicidis:lege Pompeia parricidæ non gladio:neque igni neq; ulli ſolemni alii pœnæ ſubiiciebantur. Sed inſuti culleo cum cane: gallo gallinaceo:& uipera:ac ſimia in uicinum mare uel fluuium proiiciebantur:ut omnium elementorum uſu uiui carere incipe rent:& ipſis cælum ſuperſtitibus:terra mortuis auferretur:at uero homicidas lex cornelia ultore ferro tantum perſequitur. ℣ Sed nos. Licet plus peccare uideatur qui patrem occidit:q̃ qui ſeruum etiam ſi eadem cauſa ſit peccati:nos tamen inquit:non pœnam delictis propoſitam intueri par eſt. Sed quantum cuiq; liceat:nemini licet occidere. Si hoc ita eſt nulla cædes:alia maior eſt:& quicunq; occidit tantumdem peccat. Q uia legem honeſtatis tranſgreditur: quantumcunq; tranſgrediatur:ut ſupra eſt oſtenſum.

℣ IGITVR cauſa:quare quis occidatur:diſtinguitur iſta & non natura:quaſi dicat ex cauſa adiecta poſſunt quidam uitioſa eſſe quod quidem uerum de his:quæ non ſunt uitioſa a toto genere. ℣ Quæ:ſcilicet cauſa quando acceſſerit ultro:ideſt extra uoluntatem facientis:id quod fit propenſius:ideſt intentius. ℣ Si:ſcilicet eadem cauſa eſt adiecta in utroq;:aut utriq; neceſſe eſt:ut ipſa facit ſup.fiant paria:id negaret peripateticus:quia grauius peccaret qui ex eadem libidine adulteriſi cõmitteret:q̃ qui ſimplicem fornicationem:dũmodo in fornicatione non putet adulterium. ℣ Tamen:inqt illud intereſt q; in ſeruo necando:ideſt dum ſeruus necatur:ſi id fit iniuria:ideſt per iniuriam peccatur ſemel:quia in unſi tantum. ℣ Et in uita patris uiolanda peccantur multa. ℣ Q ui:is ſcilicet pater qui procreauit occiſorem:uiolatur ab eo:& is qui aluit:is qui erudiuit:& is qui collocauit eum in ſede ac domo:in republica:& ita præſtet: ideſt exhibet multitudinem peccatorum:& eo:ideſt propterea:aut tanto maiore pœna dignus eſt. ℣ Sed nos debemus ſpectare in uita nõ quę

OMNI BONI.

Parrici da & homici da in quo dif ferant. FARN MAT.

ASC.

pœna sit cuiq; peccato: sed quantum cuiq; liceat. ℣ Id quoq; uerum: quia licet fur grauius puniatur quam adulter latius tamen esset furtum q̄ adulterium committere coram deo.

OMNI BONI. ℂ QVID quid nō oportet scelus esse dicunt inter se licere oportere: minus est enim oportere quā licere hoc modo si quis furatur triticum indigentia: hoc dicitur non oportere: non sane oportet: licebat tamen furari ut uiueret. Laccidę monui docebant liberos deprædari: ut callidiores efficerentur. ℣ Quicquid non licet: si fit aliquid contra licitum nefas est: idest cōmittitur contra legem diuinam hoc modo: christianorum lex est: ut nullus occidatur: accidit ut seruam uel minimam personam interficiat: idem nefas est ac si principem occidisset. ℣ Ne in minimis rebus: uerba sunt etiam Cice. cōfirmantis: q; etiam in minimis rebus nefas cōmittitur: sicut in magnis: ut dictum est de seruo & principe. ℣ Si quidem modum rerum: reddit rationem: sit idem nefas in minimis rebus: sicut in maximis: quando non possumus fingere mensuram rerum in quibus peccamus: si seruum & unum principē occidissem animo meo fingere non possem utrū istorum dederit maiorem mortem: sicut si occiderē seruum & regem: eos amplius in uitam: reuocare non possim: at bene furiam & motum animi mei tenere possum: hoc uero non serie minus inepta uidebitur ratio: quod quia a nobis perempti non amplius fingi possunt: & formari possunt: ut uiuant: sed bene quoniam eos occidimus: & qua furia interfecti sunt memoriæ tenere poterimus: ergo animi furor respuendus est: histrio qui solet imitari uerba recitantis: si in gestibus paululum errauerit in faciendo gestum: aut in pronunciādo unam syllabam breuem: pro longa: continuo deridetur a scæna: quāto magis homines in uita peccant: & in minimis expellendo. Histriones appellati ab histrio tusco: qui dicuntur etiam ludiones: quos græci uocant μιμους. ℣ Mouit: extra numerum faciendi gestus. ℣ Exibilatur: cum sibilis expellitur. ℣ Exploditur: dipellitur. ℣ In uita: adaptat similitudinem. ℣ Omni uersu aptior: idest quacunq; re debes moderatior in uita q̄ in syllabis: ut in syllaba si peccaueris non debes paruifacere: ut dicas peccaui ridendo: uidendo: tanq̄ peccasse in minima syllaba. ℣ Poetā non audio: fictionis malam congruitatem non audit: quanto minus in uita sociali: qui mensurat peccata sua digitis: ac si scanderent uersus dicendo. Ego solum cum Ancilla stuprum feci: paruum est hoc scelus: & memorant quot peccata facta sunt: quæ grauia & quæ leuia: aut inter se meriti solent perturbationem reis cum peccatur: aliqua ratio probatur: quæ est malorum & bonorum discretio. ℣ Ratione: qua efficitur homo. ℣ Ordine qui facit hominē differre a bæluis. ℣ Nihil possit addi: hæc est formosa conclusio quod peccator aliquis peccat cum perturbatione rationis & ordinis. Illud autem peccatum quod perficitur a perturbatione rationis æquale est: quoniam quicquid perturbata mente efficitur par est scelus: cum scelus aliquod fieri non potest: nisi cum perturbatione rationis: ut dictum est.

Quicquid non oportet scelus esse quicquid non licet nefas putare debemus: etiam ne in minimis rebus? Si quidem rerum modum fingere non possumus: animorum modū tenere possumus. Histrio si paulo se mouit extra numerum: aut si uersus pronunciatus est syllaba una breuior: aut longior q̄ debeat: exibilatur & explo-ditur. In uita itaq; tu omni gestu moderatior: omni uersu aptior esse debes: ut in syllaba te peccasse dices. Poetam non audio in nugis: in uitæ societate audiam ciuē digitis peccata dimetientem sua: si sua sint breuiora: leuioraq; possint oīdi, cum qcqd peccet, pturbatione peccat rōnis atq; ordinis, pturbata aūt semel ratiōe & ordie, nihil possit addi quo magis peccari posse uideat

Peccata esse paria

FRAN MAT. ℂ QVIC quid non oportet: non conuenit facere q; non necesse est facere: multi cum faciant quod oportet: non peccant ut si quis ne fame moriatur triticum illi furetur qui abundat: & quantum satis est ad depellendam famem: idem facere non indigenti minime licet oportet ergo facere cum necesse est: licet cum possumus quidem facere: si uolumus. ℣ Etiam ne in minimis rebus: uerba sunt aduersarii quærentis num idem intelligitur: scilicet scelus esse quicquid non oportet: & nefas putandum quicquid non licet etiam in minimis rebus. ℣ Etiam: est responsio Ciceronis dicentis idem intelligi in minimis. ℣ Si quidem rerum modum: ratio est cur idem intelligatur ut maximis & in minimis rebus. Quoniam cum peccauimus afferre modum peccatis non possumus: ut ea corrigamus. Nam quæ facta sunt repræhendi possunt. At uero animum tenere possumus & frænare antequam peccemus: ergo imaginari & concipere animo non possumus quēadmodum rebus afferamus: hoc est quo pacto res constituamus & corrigamus: uel certe hoc ait: quia sunt multi qui iciunt animum suum perturbatione aliqua inuadi & occupari: ac nullum deinde in rebus modum seruare possunt. ℣ Animorum modum: ut nunquam irascantur: nunquā alia perturbatione occupentur. ℣ Histrio & cætera: si histrio inquit dum alicuius personam & uocem exprimit uel in gestu uel in pronūciando: uel paulum errauerit: aut ab omnibus deridetur aut eiicitur: quanto minus qui errauerit in uita: & etiam in minimis rebus peccauerit ferendus est: histrio dictus q; primum ex historia uenerit: uel q; is qui e tuscia missus est historia appellaretur: ludionem ueteres dixerūt μιμους ἀπο τοῦ μιμεῖσθαι hoc est ab imitando græci uocant. ℣ Extra numerum: hoc est ordinem uel legem sibi impositā: atq; perfectionem quam seruare ei conuenit: numerus enim pro profectione rei accipitur: & aliquid suis numeris constare dicitur. i. perfectum absolutumq; esse. ℣ Longior aut breuior: barbarissimum fecerit: & ex breui longam: contraq; ex longa breuem pronunciando reddiderit. ℣ Exibilatur: deridetur. Id enim exibilo significat: transitiue positum. Intransitiue uero sibilum facio. ℣ Vt in syllaba. Quasi dicat non debes dicere si in re parua peccaueris tuum paruifaciendum esse peccātum: ut histrionis. Si forte in syllaba pronuncianda aberrauerit. ℣ Poetam non audio: & cætera. Argumentum est a maiori ad maius. Si poetam ferre non possum errantē in poematibus suis & fabulosis rebus: quæ nugæ sunt & fere nullius ponderis: multominus ciuem ferum in communione uitæ peccantem. ℣ Digitis demetientem expendentem & connumerantem digitis: ut fieri solet: sua peccata hoc modo: semel uitium intuli Pamphilæ: semel illum uerberaui illud grauius est: hoc leuius: hoc enim facere solemus: ut in digitis peccata nostra connumeremus & ponderemus. ℣ Breuiora & cætera: uerba retinuit similitudinis de poeta enim locutus est: qui longioribus aut breuioribus peccat syllabis. ℣ Cum quicquid Non est differentia in peccatis cum ex eodem quasi fonte omnia manant: uidelicet ex perturbatione. Quæ secundum Zenonem est irrationalis ac præter naturam animi motus: siue appetitio abundans cuius genera sunt dolor: Metus: Concupiscentia: uoluptas: sub singulis autem generibus multæ sunt species. Quotiens ratio perturbatur: & ab aliquo affectu uincitur: peccat homo & transgreditur lineas honestatis. Est autem optima conclusio. Quotiens aliquid peccatur: perturbatione rationis peccatur: peccatum autem quod proficiscitur a perturbatione rationis æquale est uera est ergo propositio: paruam esse ut magnam culpam.

Aīum tenere possumus aī q̄ peccemus

ASC. ℂ ET NOS dedemus quicquid non oportet non supple fieri esse scelus: & quicquid non licet esse nefas: etiam quicqd non licet

non licet quidem:ideſt non etiam in minimis rebus. ℣ Si quidem:ideſt quia certe nos non poſſumus fugere modum.i. menſuram rerum:quæ ex natura eſt:ſed poſſumus tenere modum aſorum.i.intentionum & uoluntatum noſtrarũ:quibus aliquid facimus. ℣ Si hiſtrio.i.minimus aut actor fabulaꝝ:& qui geſtu corporis uictũ quærit:ſi mouit ſe paulo aut paulum extra numerum:ideſt rithmum & modulos tibiæ:aut ſi uerſus eſt pronunciatus breuior aut longior una ſyllaba ſupple quam ſit:ipſe exibilaẽ.i.cum ſibilo & riſu eiicitur:& exploditur.i.concuſſis manibus in deteſtationem eius exigitur.Explodere eſt cõtrariũ eiꝰquod eſt applaudere.Applaudimus.n.cui erectis manibꝰ aſſenſum & laudem damꝰ explodimus quẽ concuſſis manibus eiicimus:unde componit ab extra & plaudo:mutãdo au in o. ℣ Et tu dices te peccare in uita:quæ debet eſſe moderatior in geſtu.i.agitatione corporis:& aptior omni uſu peccare:ut in illa ſyllaba ita ut ſi in minimo deliqueris explodendus ſis . ℣ Ego non audiam poetã.i.uerificatorẽ:dimetientẽ peccata:ideſt errata ſua digitis.i.ad ſcanſionem factam in digitis:qa digitis callemus & aurem in nugis.i.in rebus friuolis nihil ad ſanctitatem uitæ facientibꝰ:utpote i fabulis:hoc eſt ſi nõ recipio excuſationẽ poetæ:ubi ſe paꝛ pecaſſe dicit. ℣ Audiã.i.audire ne debeã curã dimetiẽtẽ digitis peccata ſua i ſocietate:utile.i.põderatẽ quãtũ quodlibet ſit peccatũ cõmiſſum in ſocietate uitæ .q.d.minime:ſed ſtatim explodiſ:& paria eius uicia cenſebo. ℣ Quæ.ſ.uicia ſi uiſa ſunt breuiora.i.minus duraſſe:quaſi.i.quomodo poſſint uideri leuiora. ℣ Cum.i.qm̃ quicqd peccaẽ perturbatiõe rõnis:atq; ordinis quẽ deus i uniuerſo cõſtituit:ut pulcher in libello de ordine diſſerit diuus Auguſti. ℣ Autem pro ſed rõne ſemel perturbata & ordine ſup.ſemel perturbato:nihil poſſit adi quo uideaẽ poſſe peccari magis.i.intenſius:ſed poſſit:qm̃ etiam in perturbatione eſt gradus:quia minus perturbatur:qui non niſi cum proſtituta uelit peccare:q̃ qui etiam cum ſancta moniali

Quartum paradoxum.

ΟΤΙ ΠΑΝΤΕΣΟΙ ΜΩΡΟΙ ΜΑΙΝΟΝΤΑΙ.

OMNI BONI.

OMnes ſtultos inſanire: põpoſuit titulum more ſuo:q græce ſic reſonat ΟΤΙ ΠΑΝΤΕΣ ΟΙ ΜΩΡΟΙ ΜΑΙΝΟΝΤΑΙ:ideo nero de patre ſuo claudio ſic dicere ſolebat: pr̃ meus incipit morari iter hoies pria ꝓducta inſanire ſignãt moror latine primã corripit:ſed aliã hẽt primã lõgã:ad huius autem paradoxi ſniam quorũdã uocabulorum differentiæ notandæ ſunt. ℣ Stultus:appellatur ille qui habet hebetem & obtuſum ingenium. Stolidus dicitur ille qui nec fatur nec quid alii fantur intelligit. Inſanus autem eſt ille qui in furias incidit. Demens uocatur:qui totam mentem integram non retinet. A mens autem plus q̃ demens quoniam amens eſt ſine mente. Vult autem Cice. ꝓbare ſtultum eſſe inſanum:ad quam quidem approbationem exemplum Clodianum inducit: contra quem hoc paradoxum excogitatum fuit. Clodius ciuis generoſus de gente patritia natus omni flagitiorum genere præditus: uolẽs Ci. de urbe Ro.expellere ſe uni plæbeio minori natu adoptauit:quo tribunus plæ.crearet. Lex enim erat quod nemo niſi plæbeius tribunus procreari poſſet. Cum eſſet tribunus:conſulibus duobus ſceleratis hoibus Piſone & Gabinio: Tullium de urbe recedere coegit. Cice.in præſenti ſententia pernitioſi Clodii oſtendit inſaniam:ut per ſequentia declarabitur. ℣ Omnes ſtultos inſanire.i.ſtoici dicunt. ℣ Ergo uero:ordo:adiungam te non modo ſtultum.i.obtuſum. ℣ Vt ſæpe qa ſæpe Clodi.ſtultus erat. ℣ Improbum ꝓbum dicimus abſq; uitio:improbum uero qui uitia amplectit. ℣ Dementem:ac ſi dicat:deorſum a mente. ℣ Rebus neceſſariis argumentis ueris probo te dementem & inſanum.

Stultus
Stolidꝰ
Inſanꝰ
Demẽs
Amẽs.

FARNMAT.

STultos omnes inſanire. Græcus Titulus eſt ΟΤΙ ΠΑΝΤΕϛ ΟΙ ΜΩΡΟΙ ΜΑΙΝΟΝΤΑΙ hoc eſt Socrate acceptum diligenter Stoici retinuerunt. Qui eſt enim animus in aliquo morbo hoc eſt in motu perturbato:non magis eſt ſanus q̃ id corpus:quod in morbo eſt. Ita fit ut ſapientia ſanitas ſit animi:inſipientia quaſi inſanitas quædam. Vnde exiſſe e poteſtate dicuntur qui effrenati feruntur:aut libidine aut iracundia. Inſaniæ nomen mentis ſignificare ægrotationem & morbum & ægritudinem animi:quam ueteres appellauerunt inſaniam:hic autem locus egregie a Cicero.li.iii. tuſculanarum quæſtionum tractus eſt:cum ait omnes autem perturbationes animi morbos a philoſophis appellatas:negareq; illos quẽq̃ his morbis uacare:qui autem in morbo ſunt:ſanos non eſſe:& omnium inſipientum animos in morbo eſſe. Omnes igitur inſipientes inſanire:ſanitatem enim animorum poſitam in tranquillitate quadam conſtantiaq; cenſebant:& his rebus mentem uacuam appellarunt inſanam:propterea quod in perturbato animo ſicut in corpore ſanitas eſſe non poſſit. Quemadmodum autem ſuperiore paradoxo in.M.Antonium inuectus eſt:ita hoc in Pu.Clodium inuehitur. Qui Ciceroni accerrimus hoſtis fuit:ſic autem imoderate uixit:ut ſæpe remp.perturbauerit:& quod Cice.inquit in epiſtolis:non pluris fecerit bonam deam quam tris ſorores quas uiolauit:ut autem Ciceronem opprimeret fontio cuidam & plæbeio & minori natu contra leges ſeſe adoptandum præbuit. Tribunus autem plæbis factus: & Gabinium ac piſonem conſules nactus homines nefarios & Ciceronis inimicos eum ex urbe eiecit. Sed hæc ſic nota ſunt ut recitari a nobis opus minime ſit. Clodius igit reꝑhenditur & ſtultiſſimus eſſe oſtenditur. Quoniam in morbis eſſet plurimis hoc eſt animi perturbatis moribus & affectibus:quos morbos dicunt philoſophi:ut ſupra oſtenſum eſt. ℣ Omnes ſtultos inſanire ſcilicet dicunt ſtoici. ℣ Addicam conuincam. Vnde addictus quiſpiam dicitur:hoc eſt obnoxius & abſtrictus alicui. Horatius. Nullus addictus iuuare in uerba magiſtri:ſtultus eſt hebeti ingenio & obtuſo. Idem & ſtolidus uocatur: fatuus uero eſt:qui incœpta loquitur:inſulſus eſt corde & animo:inſanus eſt:qui mentis & rationis perturbatione labit in furorem. Demens integram mentem & rationem non retinet: A mens uero penitus a mente & ratiõe excidit. Et ſtultitia quidem modis quatuor cognoſcitur. Aut cum non uenerit in mentem quod oportet:aut ſi uenerit nõ tenere:aut bonum cõſilium admittere:aut malum dimittere. ℣ Rebus neceſſariis:ueris & indubitatis argumentis.

Oẽs inſipiẽtes inſanos eſſe

Demẽs eſt ſine ratione

ASC.

OMnes ſtultos inſanire:paradoxon hoc ſic græce proponitur. Oti pandens hoimoroi appiniſſontai:proferuntur autem quia n ante t facit ipſum ſonare:ut & quia oi ut i & ai ut e ſonant ſic. Oti pandes hi mori appinoſſonde:ideſt ꝙ omnes ſtulti inſaniunt:aut imprudentes ſunt. Nam oti idem eſt ꝙ pantes:ideſt omnes:hi articulus eſt mori:ideſt fatui:ſcribitur autem moros pro fatuo per omega:nam per omicron mors eſt apiniſſonde:ideſt ſine prudentia ſunt. Nam a priuatiua eſt particula:pinyte prudentia:& pinytos prudens:unde apiniſſo ſine prudentia ſunt & inſanio. Volunt autem in Clodium dictum eſſe quæ milo a Cicerone defenſus occidit. Iuuenalis tamen eum:ut principem homicidarum taxat dicens ſatyra ſecunda. Si fur diſpliceat ueri autem homicida miloni ſed ne prolixior ſim. ℣ Ordo eſt. Præponunt ſtoici ſupple aut dicunt pro themate . ℣ Omnes ſtultos inſanire: ideſt imprudentes:& inſanæ mentis eſſe. ℣ Ego uero o Clodi dico ſupple te nunc non modo ſtultum: ideſt inſipienter uni rei inhærentem:hebetem & obtuſum:ut ſæpe ſup.fuiſſe:& non modo improbum:ut ſemper ſup.fuiſti. ℣ Sed quoq;:ideſt etiam: dementem ideſt peruerſæ mẽtis & inſanum:ideſt ut non ſanum furentem:qui me aut q̃uis alium ſapientiæ præditum ſtultitia tua expugnare conaris.

OMNI BONI. ¶SAPIENTIS. Tullius se laudibus extollit ad contentionem Clodii: tradit autem similitudinem talem: si quis pau-
uis militū copiis bene munitum oppidū expugnare uellet: stultus esset & insanus: eodē mō Clodius stultus uocādus est:
qui aīum Ciceronis uirtutibus oībus septum debellasse putat: postq̄ eum urbe extruxit. ℣ Regz humanarum: siue bonz
siue malæ a sapiente tollerandæ sunt uirtutibus omnibus prudentia temperantia. ℣ Expugnabitur: pugnando superabitur: ac si di. non. ℣ Quæ est diffinit quid sit ciuitas: per quam diffinitionem probat sapientem non posse de ciuitate expelli: facit enim syllogismum: proponit maiorem: deinde minorē postea subiicit. ℣ Omnis: ne diffinit ciuitatis nomē acōtrario: congregatio latronū aut furum ciuitas non appellatur. ℣ Immaniū: immanē appellamus qui est contra humanitatem: ut occidere parentes. ℣ Fugitiuorum: fugitiui seruit: transfugæ uero milites dicūtur. ℣ Latronum: qui spoliant homines atq; perneant. ℣ Certe negabis: dices hanc multitudinē sceleratorum nō esse ciuitatem: hæc est maior: subiicit deinde minorem. ℣ Non erat igitur tūc illa ciuitas: Roma non erat tempore tuo: quando me exilii pœna affecisti. ℣ Cū leges: quæ sunt scriptæ: iudicia prolationes: amores sine scriptis: eligit tria quæ faciūt ciuitatem. Ciuitas enim est multitudo ciuium iure uiuentium. Sed Vrbs sunt fossæ: mœnia: muri: turres ℣ Cum ferro: tēpore clodii iudicauit p arma adeo: ut cum contra opinionem aliquid ferretur: ferro uindictam sumebat: ideo Qu. frater Tulli. percussus fuit in senatu.

Immanis

Ciuitas Vrbs

sapientis animus magnitudine consilii: tolerantia rerz humanarum: contemptione fortunæ: uirtutibus denicq; oībus: ut mœnibus: septus uincetur: & expugnabit: quinec ciuitate quidē pelli potest. Quæ est enim ciuitas? omnis ne cōuentus etiam ferorum & imanium? oīs ne etiā fugitiuorz ac latronū congregata unū in locū multitudo? certe negabis. Nō igit erat illa tum ciuitas: cū leges in ea nihil ualebant: cum iudicia iacebant: cum mos patrius occiderat: cum ferro pulsus magistratib?

FRAN MAT. ¶SAPIENtis animus &c. Alibi inquit Cicero. Sapientis est enim proprium nihil cuius pœnitere possit facere nihil iuste: splendide: cōstanter: honeste oīa. Nihil expectare quasi certo futurz: nihil cum acciderit admirari: ut inopinatum ac nouum occidisse uideatur: omnia ad suum arbitrium referre: suis stare iudicijs. Quo quid sit beatius mihi certe uetare mentem non potest. ℣ Magnitudine cōsilii: tangit prudentiā. Nā prudētis maxime opus est: ut ait Aristoteles: bene consulere. Bene cōsulere aūt is dr: qui quod optimū est homini in rebus: id rōcinando cōiectura assequit. ℣ Tolerātia &c. fortitudinē tangit: quæ est cōsiderata periculoz susceptio & laboz perpessio: eius partes sunt. Magnificētia. Fidētia. Patientia. Perseuerātia. ℣ Regz humanarz. Casuū qui accidere homini possūt: plurimi aūt sunt. ℣ Fortunæ. ℣ Quæ Mutabilis est & uaria: modo dat: mō adimit. ℣ Vt mœnibus: ut bene munitus locus haud facile expugnari potest. Sic multus comitatus: & quasi cinctus uirtutibus lædi nō pōt. ℣ Expugnabit: quasi dicat minime. ℣ Qui ne ciuitate &c. paradoxū est cum dicitur sapientem ciuitate pelli non posse: & tū facile ita esse ostenditur. Nā si ledētes bonū uiz & sapientē improbi sunt: & locus unde uir bonus pellitur: is est in quo improbi dominant: certe: undecūq; uir bonus pellatur locus ille ciuitas non erit. Est enim ciuitas ciuiū multitudo recte & sub hisdem legibus uiuentiū improboz nullæ sunt leges. Sed cōiurationes potius. Ex quo non fuisse ciuitatē romam ostēdit cicero: cū piso & Gabinius cōsules: cū clodius Tribunus plæbis oīa pro libidine sua agerent: cū eoz furore leges silerent: iudicia essent sublata. ℣ Quæ est ciuitas: si furū & imaniū congregatio nō est ciuitas. Sequitur proboz: & uirtute ꝓditoz hisdem legibus sociatā multitudinem ciuitatem dici debere. ℣ Fugz. Qualis tu es clodi & operæ tuæ. ℣ Immaniū qui humanā cōsuetudinem peccādo excepit is imanis uocat: qui est extra oēm bonitatē. ℣ Latronū: fur occulte subripit: latro transeuntes ex insidijs inuadens spoliat & plærūq; occidit. ℣ Certe negabis. Tu quoq; huiusmodi hominū conuentum non esse ciuitatem confiteberis. ℣ Nō igitur &c. Q̄ū me in exilium pepulisti ciuitas non erat. Roma: si improbi & scelerati dominabant. ℣ Leges: quæ sunt scriptæ. ℣ Iudicia: quæ secūdum leges cōstituuntur. ℣ Mos patrius. Qui potius est in cōsuetudine. Nam quod Vulpianus ait de qb⁹ causis scriptis legibus non utimur id custodiri oportet: quod de moribus & cōsuetudine introductum: & inueterata consuetudo pro lege non immerito custodiet. Tria antē tangit quibus ciuitas constituitur atq; firmatur leges: iudicia: mores. Quibus sublatis esse nō pōt. ℣ Cū leges &c. ut fusia & helia. Quæ prohibebant quicq̄ cū populo agi: nisi prius de cælo seruati esset: quas leges cicero in oratione cōtra. L. Pisonem Propugnacula murosq; tranqllitas atq; ocii appellat. P. clodius Tribunus plæbis quatuor leges pernitiosas Populo Romano tulit. Annoniam quæ fuit sume popularis: ut frumentum qd̄ antea Populo semissimus ac trientibus in singulos modios dabat gratis daretur. Alteram ne quis per eos dies qb⁹cum populo agi liceret de cælo seruaret: & sic leges fusiam & heliam subtulit. Tertiam de collegiis restituendis: nouisq; instituendis: quā cicero inquit ex seruitioz fece cōstitutā: quartam ne quē censores in Senatu legendo prætirent: neue quā ignominia afficerent: nisi qui apud ipsos accusatus: & utriusq; cēsoris sententia damnatus esset: qua lege cēsura magistra pudoris & modestiæ sublata est. ℣ Cum ferro. cicero in oratione contra Pisonem cum equites Romani necarentur uiri boni lapidibus e foro pellerentur. De clodij autem furore loquitur. ℣ Magistratibus: ut prætoribus: sæpe cū extrudere ciceronem uellet clodius: res ferro & lapidibus acta est. Et Quin. Frater in senatu ictus est.

Helia & fusia leges

ASC. ¶NAM putes tu q̄ animus sapientis septus. i. munitus & circūdatus rebus necessarijs ad uictum. s. animi: hoc est magnitudine consilij: tolerantia rerum humanarum: contemptione: ideſt aspernatione fortunæ: & denicq; ut semel omnia dicam: septus omnibus uirtutibus: ut ueluti mœnibus quibusdam uincetur supple a te: & expugnabitur: ideſt per pugnā excipietur: qui nec ciuitate potest pelli: quod multominus est quam capi. Et si dicat clodius ciceronem ciuitate expulsum. Negat id dicens. ℣ Quæ est enim ciuitas: scilicet uere dicenda: aut quæ mereatur uere dici ciuitas. ℣ Ne: ideſt an ne omnis conuentus: ideſt conuentio & contio: etiam ferorum & immanium qualis tu es: & tui similes. ℣ Ne: ideſt an ne omnis multitudo fugitiorum ac latronum congregata in unum locum: certe tu negabis: scilicet q̄ talis mereatur dici ciuitas. ℣ Igitur illa congregatio romanorum in urbem romanam: non erat tamen ciuitas: scilicet uere dicenda. ℣ Cum. i. quando leges nihil ualebant in ea: cū iudicia: scilicet recta: aut exercitia fori iudicialis iacebant: ideſt non exercebantur: cū mos patrius: ideſt uetus institutum in patria seruari solitum: aut a patribus traditum: sed uerius a patria patrius dicitur: nam a patre potius dicitur paternus. Maro tamen dixit Aeneidos primo. Negq; enim patriam cōsistere mentē passus amens: cū nomen senatus non erat in repub. & hoc patribus. i. senatoribus pulsis ferro: ideſt ui armorum: ille qui tunc erat cōsul sus prædonum & latrocinium constitutū in foro te duce. i. principe & capite: & reliquiæ quæ remanserant a furijs cōiurationis catilinæ: de quo in bello catilinario Salustius abunde tractat. ℣ Itaq; i. & ita: qa tunc nō erat ciuitas: ergo nō sum pulsus ciuitate: ut pote quæ nulla erat: & sum accersitus. i. aduocatus in ciuitatē. i. a bonis ciuib⁹: qui iam ciuitatē cōstituerant: ut esset. s. uerus consul in ciuitate. ℣ Qui tum. s. dum tu consul fueras nullus fuerat: & ut esset in ciuitate.

¶SENAtus

